

34-5-4-14

Emptum per

Trigonius

TRACTATUS UTILIS-

SIMVS RESERVATIONVM PAPA-

lium, ac Legatorum, Compositus per Egregium

quondam . I. V. D. Do. Aeneam de Falconi-

bus de Magliano Sabineñ. Nunc primum

in lucem æditus per R. P. D. Ludouic-

cum Gonesium Episcopum Sarneñ .

ac Sacri Palatii Apostolici Audi-

torem, ad communem om-

nium vtilitatem .

Secr

Biblioth

Coll. Rom.



loc. Pala

Ex legat

M. Casini



Cum Priuilegio Summi Pontificis,

Venerorūq; Senatus .

Romæ, M. D. XLIII.

*Paulus de Roma fratrum program
in facultate auditoris canonicus p. p. Sabini*



MOTVS PROPRIO, &c. cum sicut Dilectus filius noster Michael Tramezinus Bibliopola Veneris nobis exponi fecit ad communem omnium, & precipue iuris studiosorum utilitatem sua propria impensa diuersa opera in vtroque iure haecenus non impressa imprimi facere intendat dubitans ne huiusmodi opera postmodum ab alijs absq; eius licentia imprimantur, quod in maximum suum praedictum tenderet. Nos propterea eius indemnitati consulere volentes. Motu simili & ex certa scientia eidem Michaeli, ne quaeuis opera in vtroque iure haecenus non impressa & per ipsum imprimenda per decem annos post impressionem dictorum operum a quocumq; sine ipsius licentia imprimi aut vendi, seu venalia teneri possint concedimus & indulgemus. Inhibentes omnibus & singulis vtriusq; sexus Christianis fidelibus, vbiq; tam in Italia, q; extra Italiam existentibus Bibliopolis & librorum impressoribus sub excommunicationis latae sententiae. In terris vero Sanctae Romanae Ecclesiae, mediate vel immediate subiectis etiam Ducatorum Ducatorum auri, & insuper amissionis Librorum poena toties quoties contrauentum fuerit ipso facto, & absq; alia declaratione incurrenda, ne intra decennium ab impressione dictorum operum respectiue computandum dicta Opera tam iuris ciuilibus q; canonici haecenus non impressa & per ipsam Michaeli imprimenda sine eiusdem Michaelis expressa licentia dicto decennio durante imprimere, vendere seu venalia habere vel proponere audeant. Mandantes vniuersis Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis Episcopis eorumq; vicariis in spiritualibus generalibus, & in Statu temporali Sanctae Romanae Ecclesiae etiam legatis & vicelegatis sedis Apostolicae ac ipsius status gubernatoribus, vt quoties, pro ipsius Michaelis parte fuerint requisiti vel eorum aliquis fuerit requisitus eidem Michaeli efficacis defensionis praesidio assistentes praemissa ad omnem dicti Michaelis requisitionem contra inobedientes & rebelles per censuras ecclesiasticas, etiam saepius aggrauati, & per alia iuris remedia auctoritate Apostolica exequant. Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunq;, Et insuper quia difficile admodum esset praesentem Motum proprium ad quaelibet loca deferri, volumus & Apostolica auctoritate decernimus ipsius transumptis vel exemplis, etiam in ipsis operibus impressis plenam & eandem prorsus fidem vbiq; tam in iudicio q; extra haberi quae praesenti originali haberetur, & quae praesentis Motus proprii, sola Signatura sufficiat, & vbiq; fidem faciat in iudicio & extra, Reg. nostra in contrarium adiecta non obstat.

PLACET A.

INDEX EORVM OMNIVM,
 Quæ hoc Volumine continentur,
 ordine Alphabeti.

A

Aceptatio dat ius ad rem. nu-
 mero. 3. folio. 37

B

Beneficia ante reservationem creata,
 sed post dotata an includantur in re-
 servatione. nu. 9 fol. 9

Beneficia auditorum & aliorum officia-
 lium & curialium decessentium extra
 curiam an sit reservata. num. 15. fol. 11

Beneficia creata & dotata ante reserva-
 tionem, sed approbata a superiore post,
 an includantur in reservatione. nume-
 ro. 26. fol. 13

Beneficia devoluta an veniant in facul-
 tate concessa de reservando. nu. 7. fo. 23

Beneficia electiva non veniunt in refer-
 vatione. nu. 21. fol. 12

Beneficia erecta post reservationem an & quomodo
 includantur in reservatione. nu. 8. fol. 8

Beneficia in quibus est ius optandi non
 includantur in reservatione. nu. 18. fo. 12

Beneficia quæ non potest legatus refer-
 vate. num. 1. fol. 44

Beneficia quorum collatio spectat ad epi-
 scopum & capitulum non veniunt in re-
 servatione omnium beneficiorum ta-
 lis diocesis præfer. beneficia quorum
 collatio spectat ad episcopum. nu. 19. fol. 12

Beneficia regularia non comprehenduntur
 in reservatione. num. 29. fol. 13

Beneficia reservata duplici modo an ve-
 niant in facultate concessa de conferendi
 do beneficia reservata. nu. 11. fol. 24

Beneficia resignata in curia an imo per-
 mutandi si permutatio non sortiat esse-
 ctum & resignans decesserit extra curiam
 beneficia non dicuntur vacare in curia li-
 cet ibi fuerit resignatus. nu. 11. fol. 6

Beneficia suppressa ante reservationem li-
 cet post ipsam renovata, an includantur
 in reservatione. nu. 27. fol. 13

Beneficia vacantia apud sedem si conferantur
 per Papam, hoc tacito quod in curia

vacaverit collatio est nulla etiam quod in
 gratia dicatur non obstantibus retri-
 vationibus &c. nisi fiat motu proprio.
 numero. 1. fol. 34.

Beneficia vacantia in curia non possunt
 conferri ab aliquo nisi specialiter man-
 detur etiam motu proprio & sub qua-
 cunque verborum forma dicta facultas
 amplissima concedatur. nu. 1. fol. 36

Beneficio certo reservato non expresso vaca-
 tionis modo an censatur reservatum
 si vacavit per resignationem. nu. 21. fo. 42

Beneficio collato a Papa ut reservato cum
 non sit an valeat collatio. nu. 21. fol. 30

Beneficiorum vacantium apud sedem fru-
 ctus non efficiuntur illorum; quibus fue-
 runt collata ab ordinariis, & ab ipsis
 scienter acceptata. numero. 1. fol. 35

Beneficium reservatum an possit suppri-
 mi in præiudicium reservati cui di-
 stinct. numero. 1. fol. 32

C

Canonicus creatus auctoritate Apo-
 stolica habet ius ad primam præben-
 dam vacaturam. nu. 4. fol. 37

Cappellanum papæ aliquem fuisse, quo-
 modo probetur. num. 16. fol. 11

Cardinales in eorum titulis habent ius
 temporale ne dum spirituale. nu. 10. fol. 6

Cardinales statutum an sit correctum.
 numero. 2. fol. 22.

Cardinales & Papa sunt unum corpus.
 numero. 1. fol. 43

Cardinalis verbo statutus assentis se lega-
 tum. num. 2. fol. 43

Cardinalis vicarius an possit reservate
 & conferre. nu. 2. fol. 43

Clausula si pro alio non scripturimus si
 non apponcretur in gratia ecclesiasti-
 ca teneretur recipere mille habentes si
 miles gratias. num. 3. fol. 2

Clausula scienter vel ignoranter non po-
 test poni in reservationibus legatum.
 numero. 3. fol. 46.

Collatio quid sit. numero. 5. fol. 3

Collatio facta absente non dum accepta-
 ta dat ius ad rem. nu. 8. fol. 37

INDEX

Collatio ordinarij post inhibitionē le-
gati an valeant. num. 4. fol. 46
Collationis vim habet inductio in pos-
sessionem. num. 4. fol. 39
Commenda an facit expirare reservatio-
nem. nu. 5. fol. 39
Commendata beneficia veniunt in re-
servationem & quot modis commen-
dentur beneficia. num. 11. fol. 9

D

¶ Demonstratio falsa non vitiat reserva-
tionē & qd de collatione. nu. 1. & 2. fo. 29

E

¶ Ecclesie collegiata beneficia si refer-
uent remanent reservata et qui ecclesia
deserit esse collegiata. nu. 1. fol. 32
Electus non confirmatus si renuntiet be-
neficio electivo in manibus papæ effi-
citur reservatum licet moriatur sit se-
ctus. numero. 1. fol. 37
Electus habet ius ad rem. 1. beneficium.
numero. 5. fol. 37
Episcopi qui sint in curia quomodo so-
lent conferre beneficia suæ diocesis ex-
tra curiā vacantia. num. 13. fol. 47

Excommunicatus an possit optare. nu-
mero. 3. fol. 19

Executoriis negligentia an noceat vel no-
cere possit reservatio num. 14. fol. 40

Expectans non potest acceptare beneficia
reservata. numero. 1. fol. 35

Expectantis gratia superveniente reserva-
tione super beneficio p ipsum accepta-
to redditur inualida quo ad illud be-
neficio reservatum. num. 1. fol. 27

Extraneus ex debito, & extraneus
ad regimen, an ligent hodie. nume-
ro. 1. & 2. fol. 19 & 20

F

¶ Facultate concessa de conferendo be-
neficia vacantia apud sedem an possit
conferre aliter reservata. nu. 10. fol. 24

Facultate concessa conferendi beneficia
reservata quæ beneficia intelligant ve-
nire in dicta facultate. nume. 12. fol. 24

Facultate concessa alicui qd possit aucto-
ritate apostolica conferre. x. beneficia an
ordinarius illorum beneficiorum pos-
sit conferre antequam ille eligat. nume-

ro. 14. fol. 24
Familiarium appellatione in reservatio-
nibus familiares familiarium compre-
henduntur. nume. 1. fol. 33

Familiaritatis cardinalium effectus de-
cem, qd ad beneficia. num. 2. fol. 28

Familiaritatis causa Inducta reservatio
includit beneficia in quibus tales fami-
liares habebant ius ad re. nu. 1. fol. 37

Fructus beneficij appellat. venit collatio
virtute ipsius facta. nume. 2. fol. 33

Fructus beneficiorum reservatorum va-
cantium an debeantur Fabricæ primo
anno. numero. 1. fol. 26

G

¶ Gratia ad primum beneficium refer-
vatum in curia includit beneficium alias
reservatum. nu. 4. fol. 15

H

¶ Hospitalia in quibus eligitur rector
per conuersos vel ablatos non includi-
tur in reservatione. nu. 33. fol. 13

I

¶ Ignorantes statim ligantur per refer-
vationem Inductam per regulas can-
cellariæ. numero. 1. fol. 30

Ignorantes an ligentur reservatione le-
gati de late cum decreto & inhibi-
tione. nume. 1. fol. 45

Inhibicio sola an sufficiat ad annullatio-
nem collationis. nu. 5. fol. 46

Intrusus In beneficio reservato si illud po-
stea Imperet a Papa tacito de Intru-
sione nihil agit. num. 1. fol. 33

Intrusus In beneficio reservato non con-
ferit beneficia pertinentia ad collationē
ipsius beneficii reservati. nu. 1. fol. 33

Iuramento censuræ derogatum per re-
servationem papæ absq; expressa illius
derogatione. nume. 1. fol. 34

Ius ad beneficia multis modis querit
de quo vide decem exempla. nume-
ro. 2. fol. 37

Ius ad beneficium habet ille cui venit
conferendi ob privationem alterius.
numero. 12. fol. 38

L

- L**egati omnes, an possint referuare & qui dicantur de latere. nu. 1. fol. 43
Legatus an possit referuare beneficia quoru collatio est deuoluta ad episcopu. numero. 10. fol. 47
Legatus an possit referuare derogando iure optandi. num. 11. fol. 47
Legatus an possit eodem tempore facere plures referuationes nu. 15 fol. 48
Legatus de latere concurrat cum ordinario prouinciæ sibi subiecte. nu. 1. fo. 41
Legatus de latere an concurrat cum persona quæ de speciali facultate potest conferri beneficia certi loci cum distinctione. numero. 2. & 3. fol. 42
Legatus de latere duobus modis potest referuare. num. 1. fol. 42
Legatus de latere hodie potest referuare specialiter solum. num. 1. fol. 44
Legatus de latere an possit conferre ecclesias cathedrales & maiores dignitates post pontificalem si earum collatio per deuolutionem pertineat ad papam. nume. 9. fol. 46
Legatus extra prouinciam an possit referuare beneficia vacatura in prouincia. numero. 12. fol. 47
Legatus non potest omnino referuare, & quæ remissiuè. num. 2. folio. 3.
Legatus si moriatur vel reuocetur an expiret referuatio per ipsum facta. numero. 1. fol. 49
Legatus si referuet papæ aut ipso legato mortuo vel reuocato duret referuatio. numero. 3. fol. 49
Legatus si conferat Titulo beneficium alias per ipsum referuatum in fauorem N. & executores per ipsum deputati primo contulerint dicto. N. quis præferatur. numero. 5. fol. 50
Lex quæ tantum concernit fauorem unus non est necessarium ut publicetur. numero. 3. fol. 30
Lite pendente super prima referuatioe facta per legatum an possit de nouo referuare. nu. 19. fol. 48

M

- M**anualia beneficia an comprehendantur in referuatioe. nu. 25. fol. 13
Manus Papæ appositio quæ sit. numero. 4. fol. 2
Manus papæ appositio ligat ignorantes. numero. 4. fol. 14
Mensa episcopi quæ bona dicatur habere remissiuè. num. 3. fol. 8
Monoculare beneficium non venit in referuatioe. nu. 22. fol. 13
Morte referuatiui an expiret referuatio. numero. 16. fol. 41
Mortuo legato vel reuocato executores per ipsum deputati in referuatioe facta in fauorem certæ personæ poterunt illum referuatiuum inducere in possessionem si eo uitio contulerant. numero. 6. fol. 50.
Mortuo illo cui beneficium referuatum erat collatum antequam acceptaret an referuatioe expiret & quid si acceptauerat sed non apprehenderat possessionem. numero. 2. & 3. fol. 39
Mortuo papa, an facultas conferendi concessa alicui expiret. num. 13. fo. 24
Mortuo papa an referuatioe inducæ per regulas cancellariæ expirent. numero. 11. fol. 40
Motus proprius non facit quod odiosum efficiatur non odiosum, licet reddat gratiam fauorabilem quo ad prærogatiuam. numero. 4. fol. 2
Motus proprius non ampliat gratiam plusquam sit de sui natura. nu. 2. fol. 19
Motus proprius non tollit ius tertii irreuerabile. nu. 2. fol. 25

O

- O**btinet &c. hoc uerbum tenet, uerificatur in referuatiouibus etiam si de facto teneat. nu. 1. fol. 29
Ordinarius si conferat non obstat inhibitione opus est declaratoria sententia ad annullandum eius collationem. numero. 6. fol. 46

Optans scienter beneficium reservatum ipso priuatur nec potest redire ad priuatum. nu. 1. fol. 38
 Optandi consuetudo dat ius ad rem. numero. 9. fol. 37
 Optari non potest beneficium reservatum. nu. 1. fol. 18
 Optari non possunt beneficia vacan. in curia. nu. 2. fol. 21
 Optari nō potest camera decedentis in curia sic vt nec præb. licet quo ad alia optio teneat, vt In stylo & voce ac iure optandi. nu. 1. fol. 35

P

Papa confert beneficia existētia in vrbē, quia est episcopus vrbis & licet illa referret non dicitur proprie reservatio. numero. 9. fol. 36
 Papa est supra cōcillum. nu. 4. fol. 1
 Papa naturaliter est solus dominus beneficiorum & ordinarius ordinario. rum. nu. 2. fol. 2
 Papa si renuntiet papari vel deponatur an expirent reservaciones factæ per ipsum. nu. 8. 9. fol. 40
 Papa solus potest admittere resignationem beneficiorum reservatorum generaliter. nu. 1. fol. 25
 Patronata beneficia nō includuntur in reservacione. nu. 6. fol. 8
 Pensionis non solutio dat ius ad rem illi cui pensio est reservata. nu. 10. fol. 38
 Permutari an possit beneficium reservatum. nu. 1. fol. 15
 Permutari potest beneficium reservatum per legatum. nu. 17. fol. 48
 Permutationis causa vacantia beneficia non comprehenduntur in reservacione. nu. 5. fol. 8
 Possessio inficitur per reservacionem. numero. 3. fol. 26
 Præbenda alicuius reservata si illa dimissa optauerit allam & decesserit quæ præbenda reservata censetur. nu. 1. fol. 34
 Præbenda an hæat ius ad rem. nu. 6. fol. 37
 Priuationis causa beneficia vacantia an comprehenduntur in reservacione. nu. 12. fol. 18

Regalia beneficia an includantur in reservacione, & quæ dicantur beneficia regalia. nu. 13. fol. 10
 Regressus & accessus dat ius ad rem. numero. 11. fol. 38
 Regulæ cancellariæ quando incipiant ligare. numero. 2. fol. 30
 Reservata beneficia an veniant in facultate concessa de cōferendo beneficia qualitercunq; vacantia. nu. 9. fol. 23
 Reservata beneficia non possunt reservari ab habente facultatem a Papa reservandi. nu. 1. 3. 4. 6. & 8. fol. 21
 Reservare non potest qui non potest conferre. numero. 1. fol. 42
 Reservare non semper potest qui potest conferre & qui possunt. nu. 1. fol. 42
 Reservatio an sit odiosa vel fauorabilis cum distinctione. nu. 1. fol. 2
 Reservatio an includat beneficia per prius reservata. nu. 14. fol. 11
 Reservatio an deroget consuetudini vel statuto & an capiat beneficia secularia vel quæ obtinet certa persona. nume. 22. 23. & 24. fol. 13
 Reservatio an expiret per collationē subsecutam facta a reservante. nu. 1. fol. 38
 Reservatio an expiret morte reservanti. nu. 6. & 19. fol. 39
 Reservatio an expiret per revocationem gratiarum factarum a prædecessore. numero. 10. fol. 40
 Reservatio cum inhibitione & decreto afficit ignorantes & quid sine inhibitione & decreto. nu. 1. & 2. fol. 14
 Reservatio comprehendit beneficia patronata clericorum & laicorum simul propter cōmunionem. nu. 1. fol. 27
 Reservatio causata per familiaritatē nō exprat cessante familiaritate. n. 1. fol. 28
 Reservatio causata ex officio in iurisdictione nō exprat cessante officio. nu. 1. fol. 34
 Reservatio de beneficio durat licet pro ulsio secuta virtute talis reservacionis non tenuerit, & quid de beneficio in quo Papa apposuit manus tantum & de beneficio collato tanquam reservatum.

- duo nu. 1.2.& 3. fol. 27
- Reservatio & manus appositio an differant & in quibus. nu. 1. fol. 2
- Reservatio siue manus papæ appositio si non sortiatur effectum an remaneat effectum. nu. 2. fol. 2
- Reservatio quomodo cognoscatur. numero. 3. fol. 2
- Reservatio facta de canonicatu & præbenda quæ primo vacare cõtingerit in certa ecclesia sortitur effectum etiam q̄ in dicta ecclesia non sit certus numerus canonicorum. num. 1. fo. 34
- Reservatio specialis & generalis quæ sint cõstitutis multorum opinionibus vsq; ad finem. c. num. 2. fol. 4
- Reservatio gñalis debet tribus aut quatuor modis considerari. nu. 8. fol. 6
- Reservatio generalis an expiret per specialem superueniente. num. 22. fol. 41
- Reservatio in corpore iuris clausa, an sit vna vel plures & quæ. num. 12. fol. 6
- Reservatio in corpore iuris clausa effectior quæ sit. num. 13. fol. 7
- Reservatio inducta per extrauagãtes & regulas cancellariæ dicitur personalis. num. 5. fol. 22
- Reservatio legati de latere non dat lus ad rem. num. 1. fol. 43
- Reservatio legati an includat bñficia deuoluta ad papam. num. 8. fol. 46
- Reservatio legati an probetur per litteras eiusdem legati. num. 14. fol. 48
- Reservatio legati si concurrat cum collatione ordinarii quæ præsumat præcessisse. num. 16. fol. 48
- Reservatio legati an duret finita legatione. num. 2. fol. 49
- Reservatio legati expirat per collationem papæ subsequen. nulla tali reservatione mentione habita. nu. 7. fol. 50
- Reservatio non includit beneficia demensa nisi episcopus illa per prius contulerit. num. 1. vide. nu. 2. fol. 7
- Reservatio nõ includit beneficia illius quem papa non intendit grauare. numero. 7. fol. 8
- Reservatio non capit patrimonium cõcessum loco beneficii. nu. 10. fol. 9
- Reservatio non capit beneficia alteri debita tempore reservati. nu. 17. fol. 12
- Reservatio non includit beneficia quæ de facto conferre non potest grauatus licet de iure possit. nu. 20. fol. 12
- Reservatio non includit beneficia vacantia de iure tantum, & non de facto. numero. 28. fol. 13
- Reservatio non includit beneficia collata licet non acceptata nec electiua. numero. 30. fol. 13
- Reservatio operatur vt beneficia reservata vacantia vbicumque æquiparètur vacant. in curia cum aliquibus differentiis numero. 1. 2. 3. & 4. fol. 21
- Reservatio papæ an possit suspendi per legatum cui est data facultas admittendi resignationem. & conferendi. numero. 15. fol. 24
- Reservatio papæ probatur per testes gratia vero secus. nu. 1. fol. 33
- Reservatio per papam si fiat eadem die qua ordinarius contulit si non appareret de proprietate præfertur reservatiuus non obstat. q̄ secus sit in expectante cũ ratione diuersitatis. nu. 1. fol. 34
- Reservatio præsumitur facta notu proprio papæ, absq; eo q̄ exprimat, licet gratia secus. nu. 1. fol. 33
- Reservatio primæ præbendæ pro eo, qui a legato fuerat creatus canonicus an expiret mortuo vel reuocato dicto legato. numero. 4. fol. 49
- Reservatio quando allegatur spoliante contra spoliatum quomodo & quando probari debeat. num. 2. fol. 26
- Reservatio si contineat vnum modum vacandi, an veniat alius nu. 3. fol. 3
- Reservatio si sit per cessum vel decesum an afficiat beneficiũ vacans per priuationem. num. 4. fol. 3
- Reservatio specialis tripliciter debet cõsiderari. numero. 3. fol. 5
- Reservationi factæ pro certa persona certi beneficii non derogat per aliã gratiam habentẽ clausulam nõ obstat. specialis reservatione, &c. vide nu. 7. fol. 5
- Reservatio certi beneficii, licet nõ cõtineat in fauorem cuius est facta, censetur

I N D E X

facta ad instantiam alterius, & censetur odiosa q̄ limita, vt num. 6. fol. 5

Reseruatō secunda legati an debeat facere mentionē de prima. nu. 18. fol. 48

Reseruatō superioris an expiret per reseruationem inferioris. nu. 18. fol. 41

Reseruatō tollit effectū executionis gratiæ siue collationis. nu. 1. fol. 25

Reseruationes fuerunt reprobatae in Concilio Basiliensi facto tempore Eugenii tamen dictum Concilium est reprobatum vt nu. 2. & 3. fol. 1

Reseruationes in peccatore & mentales q̄ dicuntur. num. 3. fol. 14

Reseruationes legatorum sunt odiosae. numero. 2. fol. 46

Reseruatius papæ posterior an præferatur reseruatius legati anteriori. numero. 7. fol. 63

Reseruationes plures si concurrant circa idem beneficium omnium reseruationum est habenda mētio in gratia. nu. 1. fo. 36

Reseruationes tempore antiquo non habebant. nu. 1. fol. 1

Reseruatō facta pro certa persona, certi beneficii non derogat per aliam gratiam habentem clausulam nō obstant. speciali reseruatione &c. numero. 4. & vide nume. 7. fol. 5

Reseruatōis est habenda mētio in impetratione obtinēda a Pontifice de beneficio reseruato & quomodo latissime, & quid si tale beneficium conferret motu proprio. nu. 1. & 2. fol. 17. & 18

Reseruatōis diffinitio seu descriptio. numero. 1. fol. 3

Resignationis causa vacantia beneficia non includuntur in reseruatione. numero. 31. fol. 13

Reseruaris beneficiis obtentis per Titium cōprehendunt etiā beneficia in quibus Titius habebat ius ad rē licet aliter de facto illa obtinebat. nu. 1. fol. 36

Reseruatōis altera specialis, altera generalis. nu. 1. fol. 4

Reseruatius certi bñficii habet ius ad rem. num. 7. fol. 37

Reseruatius cui erat reseruatū certū beneficium si super illa beneficii super

ueniat alia generalis reseruatō nihilominus potest de illo sibi facere prouideri per suum executorem cum distincto. numero. 1. fol. 30

Reseruatius potest acceptare beneficia vacan. per cessationem cōmendæ. numero. 1. fol. 35

Reseruatius si renūciat beneficio in sua fauorem reseruato expresse vel tacite vt puta per affectationem incompatibilis an expiret reseruatō. numero. 12. 13. & 17. fol. 40

Reseruatū beneficium si conferatur familiarari papæ an expiret reseruatō prima & nascatur noua vel remaneat prima. numero. 1. fol. 39

S

Spoliatus de beneficio reseruato agēs possessorio recuperandę an restituitur. numero. 1. fol. 26

Spoliatus non restituitur si obicitur de reseruatione inducta per extraneum. execrabilis. nu. 1. fol. 35

Supplicatio signata solum non facit expirare reseruationem licet per collationem expiret. numero 1. fol. 33

Suppressa beneficii nō comprehenduntur in reseruatione. num. 4. fol. 8

T

Tempus futurum transitur ad præsens in reseruationibus. nu. 1. fol. 25

Tempus nō est præsumtum papæ ad conferendū beneficia reseruata. nu. 1. fol. 30

Tempus præsens in reseruatione extenditur ad futurum. nu. 1. fol. 17

V

Vnio an faciat expirare reseruationē. num. 15. & 20. fol. 41

Vnionis effectus impeditur per reseruationem præcedentē. num. 1. fol. 31

Vnionis effectus impeditur per reseruationē sequentem. nu. 1. fol. 36

Vniri an possint beneficia reseruata ab ordinario aut alio inferiori a papa. numero. 2. fol. 31

I TRACTATUS VTI-

LISSIMVS RESERVATIONVM PAPALIVM,
ac Legatorum, Compositus per Egregium quondam. I. V. D.
Do. Aeneam de Falconibus de Magliano Sabiniē Nunc
primum in lucem editus per R. P. D. Ludouicum
Comesium Episcopum Sarneſi. ac Sacri Palatii
Apoſtolicī Auditorem, ad communem
omnium vtilitatem.



Dempendiose ^{Trar} ^{data}

us de reſeruatō. beneficiorum,
diuido ipſum Tractatum in duas
partes. In prima ponam de reſerua
tione Papali. In ſecunda de reſerua
tione Legati de lateſe. Rurſus in
prima parte quaeram principaliter
de quinque. Primo, poſtq̄ poſuero
aliqua praeludia, quid ſit reſerua
tio. Secundo quocumque ſit reſerua
tio. Tertio quae beneficia non inclu
dantur in reſeruatōe. Quarto de effectibus reſeruatōis. Quinto
quomodo exſtret reſeruatō. In ſecunda parte poſt certa praeludia po
nam etiam quinque quaestiones principales praedictis. Et ſi ali
qua poſt factum reputabuntur fuiſſe ſacilia, contrarium tamen ſuſpi
cor experiri. ¶ Eſt ſciendum, q̄ recol. me. Do. Gaspar de Peruſio, qui
fuit Epicoſopus Frequeſi. (& arbitror fore illū quem Lud. Ro. in conſ.
ccclxxxvii. in terminis &c. in ſi. dixit eſſe profundiffimum doctorem),
compoſuit ſimilem tractatum, qui eſt viginti chartarum paruorum,
quatenus in ipſo tractetur de iſta materia, & incipit de reſeruatōe be
neficiorum &c. quem haecenus nec impreſſum vidi, neq̄ per aliquem
allegari, niſi aliquando in gloſis Concilii Baſileę. Ego vero nihil mihi
tribuendo de ſuo, nec occultado eius dicta, (quod eſſet ſurti ſpecies)
fertilem hanc materiam, quam nullus alius, etiam Modernorū, quem
viderim, pertractauit, vineam tenui cultura renouadāam delegi, & in
ea pro viribus elaborare inſtitui, reformado tradita per praesentem do
ctorem in tribus. ¶ Primo enim omnia per ipſum poſita plenius tra
ctabo, illaq̄ textu ratione, vel opinione iuuabo. ¶ Secundo dum ab
ipſo diſcordo, & eius opinio non placebit id exprimam, & cauſam al
legabo. ¶ Tertio multa per ipſum omiſſa quae erunt in propoſi. o ne
ceſſaria cum omni poſſibili diligentia ſupplere curabo. In quo ſatis
mihi aſſum credidero ſi alios ad acutus inueſtigandum, & vberius co
girandum inuoluerero. Nec ignoro, q̄ in his, quae praesenti libello po
nam, erunt quaedam bona, multa mediocria, ſed mala plura, tamen,
vt dicit Epigrammaticus Poeta, Aliter non ſit auit liber. Illa tamen
quae erunt veritati contraria haberi volo pro non ſcriptis, vt per hoc
pateat me reprehendi non poſſe, vt ſcribit Hiero. ad Damafum, quod

Trac. Reservatiōn.

est canonizatum. xxiii. i. q. i. hæc est fides. ¶ Sed ne morosior sit prologus, q̄ fabula. In nomine illius qui est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, accedo ad. l. q. prin. Primo quedam præludia præmittēdo, quæ ad infra dicenda conferent multum.

¶ Primum Prælidium.

- 1 Reservationes tempore antiquo non fiebant.
- 2 Reservationes fuerunt reprobatae in Concilio Basiliensi. facto tempore Eugēniū, tamen dictum Concilium est reprobatum, vt nu. 3.
- 4 Papa est supra concilium.



Riusquam Ad præmissorum declarationem deueniam, puta uel opportune ad scientiam illorum, qui hoc Ignorant recitare, + q̄ tempore antiquo non solebant Pontifices facere gratias, nec aliquas reservationes super beneficiis. Ideo in uolu. Decretū nō fatigamur in his, vt dicit Io. an. in. iii. parte Spec. in rub. de concess. præb. in prin. & do. Abb. in. c. mandatum. ult. col. extra de rescrip. Denum cœperunt fieri reservationes cum inhibitione, & decreto, vt infra patebit in discursu. + Nouissime in Concilio tempore Eugē. iiii. Basileæ cōgregato Inter alia multa fuit in. xii. sess. factum decretum, quod incipit sicut in construenda. & in. xxiii. sess. duo alia, quorum alterum incipit licet dudum, & alterum, & quia multiplices, fuit generaliter prohibitum ne Ro. Pontifices possent alia quas generales, siue particulares reservationes facere, reuocando etiam illas quæ in extrauag. ad regimen, execrabilis, & in regulis Cancell. continentur, quæ decreta acceptauit Ecclesia Gallicana, ex quibus cũ certis aliis facta est Pragmatica solemnissime glosata per quemdam Cosmam doct. Vltimonia. vitum, vt opinor, magnæ scientiæ. Verum quia super ualiditate dicti Cōcilli fuit alias plene disputatum propter plures reprobationes, + quas fecit idem Eugē. de illo, quos reassumit breuiter gl. in proemio pragmatice sol. v. in ver. Martinū, temere nihil audeo iudicare. Sed cum firmiter credam Papam esse in beneficiis, omnia, & super omnia, & neminem posse sibi legem imponere, vt dicam infra in. i. q. prin. super uerbo per habentem potestatem, dico Summum Pont. posse per totum orbem Christianum huiusmodi reservationes facere, licet de facto eius literæ in aliquibus locis non resplantur, nec potuisse ligari decretis dicti Concilii, + quia omnes bene sentientes affirmant Papam esse supra Concilium, vt aperte concludunt Card. S. Sixti, & Augu. de Anco. in trac. de pote. Papæ. licet Anto. Rosel. de Are. in sua monarchia contrariū contenderit, cuius errores sunt confutati, vt potest uideri in moder. impressi. sui libelli.

¶ Secundum Prælidium.

- 1 Reservatio an sit odiosa uel fauorabilis cum distinctione.
- 2 Papa naturaliter est solus dominus beneficiorum, & ordinarius ordinariorum.

3 Clausula si pro alio non scripserimus si non apponeretur in gratia ecclesiastica teneretur recipere mille habentes similes gratias.

4 Motus proprius non facit, quod odiosum efficiatur non odiosum, licet redat gratiam fauorabilem quo ad prerogatiuam.

5 **Est etiam**

Pro fundamento dicendorum sciendum, quod reseruatō sit odiosa, vel fauorabilis. Omnis, ac reiectis his quae super dictis decretis dicuntur, dico, quod omnes reseruationes generales, & speciales quando non sunt factae pro certa persona, quod dicitur, vt declarabo in. ii. q. prin. ver. secundo modo sunt fauorabiles factae, scilicet, a Papa, & proprio motu, prout solitum est fieri. + Et hoc quia Papa naturaliter, & vere ipse solus est dominus, & ordinarius omnium beneficiorum mundi, vt habetur in. c. ii. de praeb. lib. vi. & in. c. cuncta per mundum. ix. q. iii. & de i. in fi. vt lite pen. & aliquid per do. Abb. in. c. quia diuersitatem. in. v. not. extra de concess. praeb. Quod satis apparet ex proemio quo vti solent Rom. Pont. in reseruationibus quas faciunt, de quo in prac. Cancell. fol. cxxiii. ver. etiam omnium. Et hodie in Concilio Lateran. in Bulla reformatio nis in. ix. Sess. facta, quae incipit superuix dispositionis arbitrio. ver. & cum fructuum, & alii inferiores gerunt vices Papae, & in partem sollicitudinis sunt ab ipso vocati, vt in. c. multum stupeo. iii. q. vi. vnde si contingerit ad se auocare, siue reseruare, quae aliis, vt ita dixerim, praecarlo concessit, dicitur hoc mere fauorabile, & res ad suam caput reuertit. arg. l. si vnus. §. pactus ne peteret. in ff. de pac. prima glo. in proposito in. c. statutum. in verbo numerandum. de praeb. in. vi. sicut dicitur solent, cum omnia a principe descendant, non est mirum si facile ad ipsum reuertantur, vt refert Egl. in consi. xv. factum tale est. in prin. Nec potest dici, quod in talibus reseruationibus Papa grauet aliquem, quia qui suo iure vitur, neminem laedit. c. cum ecclesia. extra de elec. l. gratias. C. de adul. & hoc firmat do. Casp. in isto trac. ver. ad primum bene potest. fol. ix. & ad propositum satis conferent, quae dicam infra in. ii. parte. in. i. q. vlt. q. prin. ver. sed huic dicto. Multum tamen ob. tex. in. c. mandatum. extra de rescrip. vbi consideratur grauamen respectu inferiorum in gratiis Papae. Dico, quod illud causatur propter illam clausulam quam Papa posuit in gratia, scilicet, + si pro alio non scripserimus, quae si non fuissent appensa cogere ecclesia recipere mille secundum. is. lectu. quam dicit esse verissimam ibi And. sicu. in. x. col. Vel dico, quod Papa ibi loquitur de honestate, magis quae de iure. Magis obstat authoritas Egl. in trac. permu. in. i. q. iii. partis, in fi. qui dicit, quod reseruationes Papae etiam generales, & proprio motu factae sunt odiosae, & restringendae, quia ordinarius auferunt iura sua, nihilominus credo primum dictum verius per suas rationes, cui addo Lap. in alleg. xxvii. dispu. i. C. Reseruatō vero quam facit Papa in fauorem alterius nominati dicitur odiosa, ex illo solo respectu, quia reseruatius nil aliud expectat, nisi mortem alterius, & illam desiderat. Quae ratio magis praepnderat, quae fauor Papae reseruationis, quod videtur esse de mente Rorae in antiquis. c. lxxiii. no. quod vbi Papa reseruat, in fine. Et ita intelligo docto. in infinitis locis dicentes, reseruationes odiosas, etiam si fuerit facta motu proprio,

Tract. Reservatiōn.

- 4 secundum do. Casp. in d. v. si. ad primum. + Quia motus proprius nō immutat odium, quod inest in literis iuxta earum materiam, nec facit quominus non remaneant odiosæ, licet reddat gratiam suo a-
bilem quo ad prægrogatiuam, & licet tollat subreptionem non tollit
odium, secundum eundem paulo inferius v. si. ad id venio. qui dicit
litum fore intellectum. e. si motu proprio. de præb. in. vi. quæ verba
tanq̄ in ista materia multum importantia sunt diligenter notanda.
Quod multo fortius habet locū in reservatiōibus Legatorum, quæ
omni respectu sunt odiosæ, tum quia propter eas fitur mors alteri-
us, tum quia præiudicatur ordinariæ collatiōi, vt est glo. in. c. præ-
fenti. in prin. in glo. magna, de offi. leg. lib. vi. & in. c. vlt. in v. si. simi-
libus. de verbo. signi. cod. lib. secus dico de reservatiōibus quas faci-
unt ordinarii ex facultate eis concessa, vt dicam in dicto versicu. sed
huc dicto.

¶ Tertium præludium.

- 1 Reservatio, & manus appositio, an differant, & in quibus.
- 2 Reservatio, siue manus papæ appositio si non fortiatur effectum, an
beneficium remaneat affectum.
- 3 Reservatio quomodo cognoscatur.
- 4 Manus Papæ appositio quæ sit.
- 5 Collatio quid sit.

- Confert** Etiam scire + quæ differentia sit inter reservatiō-
nem, & manus appositionem, quæ tanq̄ diversa
ponitur in extrauag. Pauli II. ad Romanos Pont. in tit. de præben.
siue de beneficiis affectis, & collationem ad effectum, + an si reservati-
o huiusmodi, vel manus appositio, siue collatio suum non fortian-
tur effectum, an remaneat beneficium affectum. Dico q̄ sic. ¶ + R eser-
uatio Papæ cognoscitur ex verbis reservatiuis in ea positis, videlicet,
reservamus &c. & ista q̄q̄ non sortita effectum afficit beneficium in
tantum, vt nullus præter papam potest de illo disponere, prout est de
cisum hodie prædictam extrauagan. vt dicitur plenius infra in. iii. q.
prin. in. xvi. effectu. ¶ + Manus appositio est quando Papa alter non
reservando beneficium intromittit s̄ circa illius dispositionem, vt si
mandauerit electoribus ne ad electionem talis beneficii procedant, vt
in. c. si eo tempore. de elec. lib. vi. Vel quando Papa beneficio vacanti
dat commendatarium, vt dicam infra in. iii. q. prin. in vers. benefi-
cia commendata. Vel quando dat prouisorum ecclesie vacanti, vt per
doc. in. d. c. si eo tempore, alias in presenti. in prin. Vel quando man-
dat aliquem priuari suo beneficio, quo casu facta priuatione remanet
reservatum, de quo vide remissionē quam dabo infra in ista parte in
iii. q. prin. vers. beneficia vacantia per priuationem. Vel quādo Paps
facit mandatum de prouidēdo quo casu dicitur manum appone. e. &
tale mandatum includit quandam reservatiōem specialem s̄m Egl.
In consi. xxxiii. supposito statuto. vers. ad secundum dubium. cum
seq. vt est expressum in. d. extrauag. §. Romanos quoq̄. Et ista manus ap-
positio in tantum afficit, vt mortuo commendatario, siue prouisoro, &

donec non fuerit per papam plene pulsus, ordinarius non potest se intrinsece, ut est expressum in d. extrauag. Pau. ii. super quo dabo alias remissiones in. lli. g. pri. in. l. effectu. in si. & plus afficit quam reservatio, ut ibi dicitur. Fuit tamen hoc in casu de quo dicam in d. xvi. effectu in si. in versi. praedicta. ubi non semper manus apostolice papae impedit ordinariis.

¶ Collatio autem est quando papa confert volendo de beneficio plene disponere & prouidere, ut verba sonant. Et ista si sit inualida, an remaneat beneficium affectum, vel de remissione quam dabo in d. xvi. effectu.

¶ Quartum praeludium.

• Extrauagans ex debito, & extrauagans ad regimen, an ligent hodie, & nume. 2.

¶ Preterea

Est aduertendum, quia in disturbu huius. l. partis multotiens allegabo extrauag. ex debito. Io. xxii. in tit. de elec. & ad extrauag. ad regimen. Benedi. xii. in tit. de presb. Quae pro extrauagantibus allegantur per Rotam & concilium Basileae sepiissime, ut patebitur in multis locis. Quod tamen arbitror esse periculosum, quia reperit Domini. de sancto Geminiano. in c. statutum. li. col. de presb. in. vi. qui dicit, quod extrauagans ex debito durat tantum in vita conditoris, ut dicit patere in ea, vult dicitur in illis verbis donec Ch. isti indignatio &c. Idem de extrauag. ad regimen. dicit Glossator regul. Cancel. in. l. xxx. & l. xii. regu. propter similia verba in ea posita. Idem dicit de vtraque Geminiano. in. c. si apostolice. in si. de presb. eo. lib. & Roma. de simili in consuetudinibus allegando. Tamen multi egregii doctores faciunt fundamentum in ipsis, & inter extrauagantes communes sunt impressae, quo casu iuris praesumptiones censentur esse extrauagantes secundum Rom. in consuetudinibus. in proposito casu. vel secundo, & credo verius. & illarum reservationes approbatae in extrauag. Pau. ii. quam in praecedenti praeludio allegauimus. Si tamen super dictis extrauagantibus contigerit aliquando dubitari recuratur ad vnam extrauagantem Nico. v. quae incipit ad sacra Petri & cetera, circa primam partem, quae singulis ponit reservationes quae praedictae.

¶ Prima quaestio principalis.

- 1 Reservationis definitio, seu descriptio.
- 2 Legatus non potest omnino reservare, & quae remissioe.
- 3 Reservatio si contineat vnum modum vacandi, an veniat alius.
- 4 Reservatio si sit per cessum vel decessum, an afficiat beneficium vacans per priuationem.



Rimo Principaliter quaero quid est reservatio. Ego non reperio aliquem qui posuerit illius definitionem, & scio quod periculosum sit velle diffinire in quo multi prudentes errauerunt. I. omnis definitio. ff. de reg. iur. super quo vide do. Anto. in commentum. c. si. dum ponit definitiones consuetudinibus, extra de consue. Nihilominus dubitando, tamen puto posse sic diffiniri, siue describi.

Trac. Reseruation.

- ¶ Reseruatō est alicuius beneficii ecclesiastici vacaturi per habentem potestatem ad se facta auocatio. ¶ Alicuius beneficii. Nomen est generale, vt in. c. vnico. sancta glo. in ver. beneficia. de rerum permut. lib. vi. & patet ex eius diffinitione quam ponunt doc. in. c. ad audiē. clam. ii. extra de rescrip. ap. r. m. cōprehēdere etiam dignitates, & alia quęcūq; si papa hoc exp. resit in reseruatōe sua. Sed quatenus ista diffinitio conuenit Legato. istum verbū non est multum p. ſingue, ¶ cum multa sunt quę Legatus non pōt reseruare, vt numerabo in. lii. q. p. r. si. partis. Et in quantum illa verba sunt singularis numeri, comprehendunt specialem reseruationem Papę, secundum primum & secundum modum, quem ponam in. li. q. p. r. huius partis. Comprehendit etiā reseruationem Legati, quę vnica, & super vno beneficio fieri potest; vt dicam in. ii. parte in. liii. p. r. l. d. i. o. & in. xli. q. iiii. q. p. r. n. Possunt etiam dicta verba comprehendere plura beneficia secundum Rotam in nouis. c. cxi. voluerunt & ordinauerunt. Et tunc comprehendunt specialem reseruationem factam a papa secundum tertium modum, quem ponam in. d. ii. q. p. r. huius partis. & generales reseruationes de quibus ibidem dicam ecclesiastici, ideo posui istud vt excludantur res profanas, quę de stylo Rom. curię non reseruantur per papam secundum Pau. de ca. in. confi. xli. vi. viso & examinato puncto. li. col. i. v. r. r. e. t. a. r. in. li. lib. Nec sufficebat verbum beneficii nisi addidisset ecclesiastici Quia etiam frudum potest largo modo dici beneficium, vt patet ex eius diffinitione, quā ponunt Summistę, videlicet, Gofe. & Pile in summa de frudis vtriq; in. p. r. n. & Cofre. in. li. rub. quem diffinitio conuenit etiam diffinitioni beneficii ecclesiastici. de qua per Abb. & Ant. sic. in. d. c. ad audientiam. circa p. r. n. quod tñ, vt dixi, non solet reseruari. ¶ Vacaturi. Inducitur omnis modus vacandi. Rota in nouis. c. cxi. habens gratiam. vbi est notabilis addi. & in eis dē. c. cxi. l. si expectans. do. Card. solūter in. confi. c. iiii. discutiā p. r. m. i. s. s. a. dubia. vbi post solennem disputationem residet cum Rota p. r. d. i. c. t. a. Cald. in. tit. de p. r. e. b. e. n. confi. xxlii. an si papa dispensat & c. ver. circa secundum. gl. in. ver. vacabunt. in. c. si propter tua debita. de rescrip. in. vi. Sed an vacanti ex causa permutationis includantur in reseruatione, dicam in ista parte. lii. q. v. r. i. beneficia vacanti ex causa permutationis. quid de vacatibus per resignationem dicam ibi in v. r. i. beneficia vacanti ex causa resignationis. ¶ Quot autē sint modi vacandi, melius q̄ aliquis de mundo enumerat Ios. Fran. Paul. in aureo trac. de pot. e. a. p. f. d. e. vacan. in. vlti. p. r. e. l. u. d. i. o. qui est omnino videndus. ¶ Sed si in reseruatione exprimeretur vnus modus vacandi non veniret alius, vt in. c. susceptum. de rescrip. in. vi. etiam si fuisset appositum decretū seruitans, exemplum, vide per Anto. de bur. in. confi. xliii. aggrediat. ad quod fact. lxi. reg. Cancel. item voluit, q̄ si reseruetur. in. p. r. i. n. c. i. p. ¶ Sed quid si dicatur per cessum, aut decessum, an veniret vacatio per priuationem, alias in simili. q. dubitauit, videlicet, verum ille qui reseruauit sibi regressum per cessum & decessum admittatur si vacauerit per priuationem. Ad vtrunq; respondēdo dico q̄ non super quo vide expressam decisi. Rotę in dubiis Thomę Fa. soli causa. xxliii. dubio. xli. Pro hoc facit notabilis obiectio, oppo.

fit a per Concilium Pisis & Constantis contendens ad Ipsum spectare electionem pape, quia iura quae dant istam electionem Cardinalibus loquuntur moriente, vel cedente papa, non autem ipso priuato, prout refert do. Abb. in. c. licet de vitanda. l. iiii. col. extra de elec. vbi dicit, quod fuit obtentum pro sedanda discordia, ut Concilium transferret potestatem in Cardinales. Sed in. c. ad petitionem. in. l. i. not. extra de ac. cu. refert tantum factum, & nihil dedit And. sic. licet praedicta non alleget, tenet isto casu electionem pertinere ad concilium in. c. per translationem. xxxii. col. extra de offi. leg. ¶ Includit etiam dictum verbum vacatur beneficia deuoluta de quibus poterit executor prouide re ipsi reseruatuo, glo. in ver. sine ad nos. in de. pe. de praeben. ¶ Includit etiam istud participium futuri temporis si qua vacabant tempore reseruationis, glo. in ver. notitia. in de. vnic. §. secus. de concess. praeb. cum qua concordat ibi Imo. super ea, & alia glo. quae est tertia in. c. si post. de praeb. l. vi. cum concordat traditis per Papien. in commento solenni. l. quominus. in. xxviii. col. ff. de humil. & in. l. titulus §. Iulius. ff. de lib. & posthu. Ex hoc faciam. x. effectum infra in ista parte in. l. iiii. q. prin. & ibi vide remissionem quam dabo ad Collectarium. ¶ Sed an includat canonicatum & praebendam in ecclesia in qua non est certus numerus canonicorum & praebendarum, vide quae dicam in ista parte in. l. iiii. q. prin. in. xxxiiii. effectum, vbi tenio quod sic. ¶ Per potestatem habentem. l. papam, qui, ut dixi supra in. l. praedio, est omnia, & super omnia in beneficiis, secundum Bal. in. l. barbarius. in vltimis verbis, ff. de offi. preto. & qui contrarium dicit mentitur, ut dicit paulo superius. Et propterea dicit Guliel. de mon. lau. in de. si romanus, super ver. cum cum, de praeb. quod in istis papa voluit, & reuoluit prout vult. Comprehendit etiam Legatum de lateo vel alium ad hoc habentem specialem facultatem, ut dicam. in. l. q. prin. ff. par. ¶ Ad se facta auocatio. Sicut per auocationem cause papa impedit iurisdictionem inferiorum, ut not. maxime per Philip. de Peru. in. c. ut not. un. extra de appell. Ita per auocationem beneficiorum factam cum inhibitione & decreto, ut dicam in ista parte in. l. iiii. q. prin. in. l. effectum. & in. l. parte. l. q. iiii. q. prin.

¶ Secunda questio principalis.

- 1 Reseruationum altera specialis, altera generalis.
- 2 Reseruatuo specialis, & generalis, quae sunt, confutatis multorum oppositiuibus, vsq. ad h. c.
- 3 Reseruatuo specialis tripliciter debet considerari.
- 4 Reseruationi factae pro certa persona certi beneficii non derogat per aliam gratiam habentem clausulam non obstant. speciali reseruatione & c. vl. de nu. 7.
- 5 Reseruatuo certi beneficii, licet non contineat in fauorem cuius est facta, censetur facta ad instantiam alterius, & censetur odiosa, quae limitata ut num. 6.
- 6 Reseruatuo generalis debet tribus, aut quatuor modis considerari.
- 7 Papa conferit beneficia existentia in vrbis, quia est episcopus vrbis.

Tract. Reseruatiō.

& licet illa reseruet non dicitur proprie reseruatio.

- 10 Cardinales in eorum titulis habent ius temporale ne dum spirituale.
- 11 Beneficia resignata in curia animo permutandi, si permutatio nō fuerit effectum, & resignans decesserit extra curiam beneficia non dicuntur vacare in curia, licet ibi fuerint resignata.
- 12 Reseruatio in corpore iuris clausa, an sit una vel plures, & quæ.
- 13 Reseruatio in corpore iuris clausa efficacior quæ sit.



Secundo Principaliter quæro quomodo sit reseruatio. + Responde duplex, una

est specialis, alia generalis. Quomodo autem cognoscatur una ab alia, Doctores sunt varij. **Rota** in antiquis. de lxxxiii. & dicitur specialis &c. quæ est veritas si. siue pars præcedentis decisionis, dicit. + Specialis reseruatio est quando papa reseruatur aliquid beneficium collationi suæ, vel Sedis Apostolicæ. Generalis vero est quando reseruatur beneficia officialium de quibus loquitur extrauag. ex debito, quæ est To. xxii. In tit. de elec. & ita dicit, quod tenet & seruatur Rota do. Auditorum. **Rota** in nouis. cccxxxviii. si mandetur &c. dicit, quod specialis reseruatio est illa quæ inducitur per regulas Cancel. Et ita dicit fuisse responsum per do. Vicecancellarium vel ex Dominis, & sæpe pronunciatum, & determinatum per omnes Dominos, subdit præterquam expressa in extrauag. ad regimē. ex quibus verbis sumitur, quod dicta extrauag. quæ fuit Benedi. xii. & posita in tit. de præb. fuit regula Cancel. cui opinioni assentiunt quidam relati. per glo. in i. regu. Cancel. vbi tamen non allegatur dicta decisio. **Rota** etiam in nouis. clxxx. beneficia collectorum &c. in fine dicit, quod reseruatio beneficiorum collectorum est specialis, & quod ita fuit terminatum in Rota, & per Vicecancellarium.

Rota pur in nouis. xvi. si contra &c. in fine dicit, quod reseruatio generalis est illa, quæ fit de beneficiis capellanorum, collectorum, & similibus.

Nico. milius in ver. reseruatio. §. ii. ex prædicta decisione. cccxxxviii. quam tamē ipse corrupte allegat, dicit colligi, quod illa dicitur generalis reseruatio cuius causa est manifesta & notoria. Quæ autem est secreta, & ignoratur, est specialis. Ego non video quomodo colligatur hoc ex dicta decisione, quæ in mille annis hoc non dicit. Sed præ dicta distinctio fuit consideratio Fede. de senis ad aliud propositum in trac. permu. in. iiii. q. Vel dic, subdit Milius, quod dicta decisio vult,

quod illa sit specialis, quæ fit per Regulas contra sus commune, subdens, quod licet illa decisio velit, quod reseruaciones contentæ in d. extrauag. ad regimē. sint generales, tamen secundum ipsum debet intelligi, quod illæ sunt generales, quæ etiam erant de iure comuni, vt de vacante in curia alix secus **Fely.** autem nil aliud facit aut concludit, nisi quod reseruet aliqua ex prædictis in. c. in nostra. in. v. corol. extra de rescrip. **Ego** vero ulterius perquirendo veritatem super isto casu maxime propter eam magnam contrarietatem Rote, & quia super eo vidi sæpenumero dubitari in familiaribus interlocutionibus, reperio, quod glo. in conelio Basileæ in tit. de reseru. §. i. ipse omnes in prin. quæ est in pragmatice fol. ii. sequitur simpliciter Rotam in antiquis vbi supra nil adde id. **Sed** eadem glo. in tit. de elec. & reserua. super ver. si reseruet

nationes quæ est ibidem fol. xlii. dicit, q̄ specialis reservatio est quæ
 do reservatur vnum beneficiũ pro certa persona, generalis est illa quæ
 est in corpore iuris clausa, vel inducta p̄ extrava-gates aut Regulas Câ-
 cel. siue per particulares literas, vt hoc vltimum sumitur ex d. cto Con-
 cilio in tit. de elec. in prin. iuncta gl. in ver. factis. de quo est tex. expres-
 sus in tit. seq. §. ipsas omnes. ¶ Alphon. Sotto, qui commentatur res-
 gulas Cancell. tempore Inno. viii. de quo nonnulli curiales truffantur,
 sed iudicio meo non est cõtenendus, residet cum Rota in nouis.
 cccxxxv. il. supra alleg. nisi in regulis dicatur. Item generaliter reserua-
 vit & c. quo casu dicit esse inductam generalem reservationem. pro
 hoc vltra ipsum vide Bald. in. l. l. in ver. quantum signum. C. de les-
 gi. & ista dicit præfatus doc. in. l. & xlii. regu. ¶ Lapus in alleg. cccx-
 vii. Anastasius. in prin. præsupponit reservationes per obitum capella-
 norum p̄pæ esse speciales. ¶ Egi. bellamera in consiliis suis nouiter
 impressis in consi. xxxi. i. supposito statuto. vers. ad tertium. dicit, q̄
 reservatio generalis dicitur quædo sub vna oratione includuntur plu-
 res species, id est, plura beneficia. Specialis quando eius causa inducens
 non habet inducere nisi vnum suppositum. ¶ Gaspar de cald. in ti. de
 rescrip. consi. vii. quis præferatur & c. dixit, reservationem generalem
 esse quando reservantur beneficia capellanorum, scriptorum, abbrevi-
 atorum & c. specialis vero quando pro aliquo est reservatum certũ
 beneficium. ¶ Domi. de sancto Gem. in consi. xxx. Bonifacius. ix. il.
 col. refert, q̄ generalis est quædo non est facta in fauorem alicuius spe-
 cialis scus. Idem in consi. xii. vtrum ille quem & c. ad fi. dicit genera-
 lem esse, de qua in extrava-g. exarabilis. Specialis potest fieri duplici-
 ter, vno modo quando ad certum corpus beneficii, sed non pro certa
 persona, alio modo ad certum corpus beneficii, & pro certa persona.
 ¶ Mihi placet dictum Egi. in. d. consi. supra alleg. cum certis oppor-
 tunis declarationibus, quas statim subiiciam, & melius q̄ alibi hoc
 probatur in extrava-g. Clem. v. & si in temporalium. in tit. de præb.
 in vlt. impressionibus, quam nemo allegat, & hoc videntur omnes
 affirmare dum de beneficiis reservatis in aliquo proposito loquuntur,
 prout sunt Fed. de senis in trac. permu. in. lili. q. Per. de Peru. in simi-
 trac. in. lili. q. lili. partis, Egi. in eod. in. lili. q. lili. partis. Alex. de antilla
 in cõmen. c. licet. de rerum permu. lib. vi. in. lili. q. lili. partis. Gaspar
1 **Reservatio** + Causata per familiaritatem, non expirat vel extinguitur cessante familiaritate, vt in l. iii. reg. Cancell. in fi. Ro. in ant. di. iii. papa reservauit, quæ est etiã in antiquo. xx. de præb. vide simile infra in. xxxi. effec. Q uod hodie est decretum per dictam extrauag. Pau. ii. Per quam dico esse reprobatum quod consuluit Gemi. in cons. xciii. Clemens. v. ubi consuluit, quod reservatio vigore familiaritatis inducta per regulas Cancell. expiret per mortem papæ, aut eius depositionem, licet in pe. col. di. i. cons. iii. multum dubitet de hoc. Ac etiam dico reprobatum opl. Mihi in verbo referuatio. §. vlt. de quo est mirandum cum viderit, vt puto dictam extrauag. Et idem de opl. Egidii relata per Tho. fassoli in causa xxviii. dubio. ii. & secundum ordinem omnium dubio. liii. ¶ + Nõ omittito quædam vtilia in proposito, quæ sũgunt ex reservatione inducta virtute familiaritatis. Primum est, quod inferitur ex præmissis effectus, videlicet, consensus præstandus per Cardinalem in collatione beneficiorum sui familiaris sienda per papam, requiritur etiam ipsa familiaritate finita. si talia beneficia acquisita fuerint illa durate: vt est expressum in. xxx. reg. Cancell. scus si fuerint acquisita post familiaritatem, vt innuit. d. reg. & extrauag. Pau. ii. supra alleg. in prin. Si vero fuerint acquisita ante familiaritatem dicam infra in. xxii. effec. ver. ex eodem factis. ¶ Secundum est, quod vigore dictæ regulæ. xxx. est opus, vt in supplicatione fiat mentio, qualiter defunctus erat familiaris Cardinalis, nec sufficeret quod ille Cardinalis dedisset licentiam impetranti: vt tacito de familiaritate impetraret, de quo est solemniter deci. Egid. d. cxxxi. supposita, licet in fine dicat casum esse prima facie dubium, & vt patet in prin. illius decisionis multi Auditores tenuerunt contrarium. ¶ Tertium est, quod taciturnitas familiaritatis Cardinalis non inducit nullitatem gratiæ, quando ipsemet Cardinalis, de cuius familiaritate erat faciendã mentio impetravit pro illo. Ita dicit summarium prædictæ deci. Egidii rubricatum in ti. de præb. tamen de hoc nullum verbum in ipsa decisione. Q uod dictum est forte verum, quia si consideretur ratio prædictæ regulæ, quæ est vt Cardinalium honorum detur, prout dicitur in simili regula quæ erat tempore Greg.

xi. de qua fit mentio in prin. d. de cil. licet in regulis moder. Pontificum nulla ratio fit expressa, constat esse tali rationi satisfactum, per impetrationem quam ipsemet Cardinalis facit pro tertio. Quod tamen non teneo pro firmo, ideo cogitabitur. Quartum est, & erit notabilis limitatio praedictorum, quod si sede vacante vnus efficiatur familiaris altius Cardinalis eius beneficia non erunt reseruata, quia regula papae mortui, quae inducit reseruationem propter familiaritatem est sepulta & extincta cum ipso conditore. Ceterum singulariter in d. cons. xciii. iiii. col. ver. sed reseruatio facta. Quod dictum credo verissimum, si ille moriatur ante electionem noui pontificis, & ante conditas regulas per successorem in Papam etiam de beneficiis acquilibus illis paucis diebus, quibus sedes apostolica vacauit. Et hoc quia nullo iure probatur beneficia familiarium esse reseruata, nisi in regulis Cancell. quae sede vacante sunt extinctae, vt dixi. Nec huic dicto obstat extrauag. Pau. praedicta in prin. quia praesupponit beneficia talium iam fuisse reseruata, licet postea deserit causa reseruationis, sed in casu nostro nunquam fuerunt reseruata. Quintum qui proprie sunt familiares ad effectum praerogatiuum, vt de per Pau. de cast. in cons. cccxl. praemissis alleg. c. ca. princ. & si. in. i. lib. aliquid per glo. regularum Cancell. in. iiii. reg. ver. item quare. Sextum est, quod si vacat beneficium familiaris vnus Cardinalis quod fit ad collationem alterius Cardinalis, quia est situm in sua ecclesia vel diocesi, isto casu iste vltimus Cardinalis habet illud conferre, non obstante familiaritate praedicta. Et ita seruatur. Quod potest comprobari, quia magis attenditur facultas ordinaria ipsius Cardinalis qui habet iure ordinario conferre, quam extraordinaria reseruatio respectu familiaritatis, arg. ff. de test. nisi. l. eius militis & ff. de tutel. l. iiii. Septimum, si quis familiaris vnus Cardinalis fuerit canonicus in ecclesia non numerata, & moriatur, quod prouisio talis canonicatus spectet ad Cardinalem quod tamen habeo pro dubio, quia in tali ecclesia non datur vacatio, vt dicam in fra. in. xxxiiii. effec. Octauum est, quod sumit ex di. cendis in. xlv. & xlvi. effec. Nonum est, quia reseruatio inducitur in fauorem Cardinalium in. xxx. reg. Cancell. habet locum quando vacant beneficia familiarium per eorum mortem, non autem si aliis modis vt ibi per glo. indulta tamen Cardinalium includunt omnes modos. Decimum est, quod licet in prouisione fienda per papam de talibus beneficiis debeat accedere voluntas Cardinalis tamen de dicta familiaritate non debet fieri mentio in litteris apostolicis si de dicta voluntate per scripturam Cardi. debet fieri mentio in cancellaria vt no. in prac. Cancell. fol. lxxxiiii. in fi.

Decimus octauus effectus.

Obtinet &c. hoc verbum tenet verificatur in reseruationibus etiam si de facto teneat.

Reseruatio + Facta de omnibus beneficiis quae obtinet Titius, comprehendit si qua beneficia de facto teneat ipse Titius Ro. in aut. cclxxi. No. quod vbi papa reser-

Trac. Reservatiōis.

uat, sequitur simpliciter. D. Præpo. in. c. clementis. xvi. dist. licet alleget Collect. aliud voluisse in. c. ecclesia, extra de sortile. & in. c. constitutus, extra de concess. præb. circa hoc puro bene advertendum, quia Rota prædicta exemplificando dictum suum dicit de beneficiis quo Titius erat ipso iure privatus, quia incompatibile cum alio quod tenebat. Nam secundum istum exemplum dubio multum de veritate sui dicit, si Rota intellexit de reservatione facta pro certa & nominata persona, quia beneficia incompatibilia sunt sed apostolica reservata, ut est expressum in extraua. execrabilis. §. quæ omnia, tit. de præb. & constat, quod ad beneficia alias reservata non extenditur reservatio, ut dixi supra in. iii. q. prin. vers. beneficia alias reservata. Et in hoc potest saluari opinio aliquorum, quam refert tibi Rota in. si. qui voluerunt reservationem non extendi ad beneficia desicto tenti & opi. Collect. supra relati, qui tamen in. d. c. ecclesia in. vi. col. ver. quid si papa reseruet, locutus hinc cum distinctione, sed in. d. c. constitutus, non loquitur aperte in hoc casu. Sed dictum Rotæ potest esse verum in alia iuris privatione ex qua non resultat aliqua reservatio de qua in. c. licet canon. & in. c. commissi. de elect. in. vi. de quibus dixi in. d. iii. q. ver. beneficia vacantia per privationem. Possent etiam saluari dictum Rotæ in beneficiis incompatibilibus priusquam labatur tempus præfixum in. d. extraua. execrabilis, quo casu non sunt adhuc reservata, ut dicam infra in. xli. effec. vbi vide omnia, & vide Lap. pro isto effectu in alleg. lxxiii. D. Papa antepen. col. ver. quæro tempore. Sed huic effectui fortiter obstat quod dicit Milus in ver. obtinere, ad si. vbi vult, quod reservatio inducta per. c. præfenti, de præb. in. vi. non includit beneficia quæ de facto possidentur, Dicat aliud esse in reservatione iuris & aliud in reservatione hominis, ratio differentia est quia mirius arguitur cum lege, quam cum homine, per iuravulgaria, Sed forte tutius est dicere, quod dicit Milus per rationes suas, & maxime, quia in dubio non præsumitur papam velle præiudicare iuri quod alter habebat super talibus beneficiis de facto tentis, ut sæpe dixi. Opi. tamen Collect. in. d. c. ecclesia, iunctis his quæ ponit in. c. tuis questionibus, ver. quid si tibi extra de præb. est multum probabilis dum vult, verbum obtinens hinc plurimum iuris, hinc dicitur, quod veniunt beneficia in quibus habebat titulum licet iniustum. Sed ibi nullum habebat, vel cum vitio intrusi tunc secus.

¶ Decimus nonus effectus.

1. Demonstratio falsa novitiat reservationem, & quid de collatione. m. z.
2. Beneficio collato a papa ut reservato ei non sit, in valeat collatio.
3. **Reservatio** + Non vitiat ex falsa demonstratione. Exemplum, papa reservavit sibi Archiepiscopatu Perusinum quamprimum vacante conligerit ex persona dilecti filii Horatii de Corneo, quem tamen non Horatius, sed D. Angelus de Vbaldis tenet, qui tamen si vacaverit ex persona ipsius D. Angeli remanebit reservatus. Ro. in ant. cxi. nota, quod vbi papa, quæ dicit hoc non procedere in generali reservatione, super qua cogitabis de

exemplo. Hinc d. do non obstat. c. susceptum, de rescrip. in. vi. quia lo-
 quitur de modo vacationis, non de persona per quam potest vacare.
 2 Ro. in ant. c. cccxlii. no. impetrans. + Sed si papa conferret vnum bene-
 ficiū tanquam reseruatū, quod non esset, collatio non valeret, Ce-
 mil. cons. xxxvi. casus talis est inter sanctum Roma. consi. c. cxxxv. circa
 primum, ver. his tamen non refragantibus. Per. de Anch. in consi. ccc
 xcviij. pramitto, etiam si sequeretur declaratio papæ illud beneficiū
 fuisse reseruatū, secundum ipsum, quod habeo pro dubio. Vide
 quæ scripsi in alio exemplari.

¶ Vigésimus effectus.

Tempus non est præfixum papæ ad conferendum beneficia reseruata.

In beneficijs + Reseruatū nullum tempus est præfixū
 papæ ad eorum collationem, secundum
 D. Gasp. in isto tract. in. v. q. fol. xvij. Ex quo infero, quod si hoc die nō re-
 maneret reuocatum. c. statutum, de præb. in. vi. per illam extraua. pte
 sollicitudinis, de quo dixi supra in. i. conclus. vi. effect. adhuc non cur-
 reret aliquod tempus ipsi papæ ad conferendum reseruata alia reser-
 uatione quam per obitum apud sedem. Secundum omnes in. d. r. sta-
 tutum, maxime Philip. quibus adde Guliel. demon. lau. in extraua.
 execrabilis. s. quæ omnia, super ver. quoquo modo, in t. r. de præb.

¶ Er per ista posset dici, quod si beneficiū alias reseruatū vacaret in
 curia, non haberet locum. c. statutum, quia adhuc non curret tempus
 mensis, si papa attenderet magis alia reseruatō super tali be-
 neficio quam illa per obitum in curia.

¶ Vigésimus primus effectus.

Ignorantes statim ligantur per reseruationem inducā per regulas
 Cancellariæ.

Regulæ Cancellariæ quando incipiant ligare.

Lex quæ tantum concernit fauorem vnius non est necessit. publ. ef.

Reseruatio + Inducta per regulas Cancell. statim habet
 effectum & ligat ignorantes. glo. in præo-
 mlo d. statum reg. ver. Sed propter aliqua &c. ponderando dictio: ē
 ex tunc, quæ est in dicto præo. mlo. Contrarium tenet consulendo Ce-
 mil. in consi. xlii. in causa canonicatus & præben. ii. col. di. cens, quod ve-
 rior est opi. + quod regulæ prædictæ non ligent quo ad reseruationem
 a tempore editionis, sed a tempore publicationis. Credo verius esse,
 quod dicit dicta glo. primo per remissiones quas dat in quibus optime
 probatur dictum suum. + Secundo quia lex, quæ non concernit fauo-
 rem, nisi vnius non requirit publicationem, secundum Bal. in. l. le-
 ges. l. c. de legi. prout est in casu nostro, quia regulæ in quantum lo-
 quuntur de reseruatione, non concernunt fauorem, nisi ipsius condito-
 ris, vt satis constat. Tertio quia per dictas regulas inducitur genera-
 lis reseruatio, vt dixi supra in. ii. q. prin. ver. quartus casus, quæ ligat
 statim & afficit ignorantes, ac si in esset decretū, vt dixi supra l. i. effe.

Tract. Reservatioñ.

Repetio tamen Cancel. tenere q̄ percipiens fructus beneficii reservati ex regulis Cancel. est excusandus, & non indiget rehabilitatione propter iustam ignorantiam, vt legitur in prac. Cancel. fol. xci. ver. quan do impetrans, &c. Dicitur q̄ nō ligant quo ad poenam, si bene ad hoc vt beneficia non possint per alium conferri.

¶ Vigesimus secundus effectus.

- Reservatiuus cui erat reservatum certum beneficium, si super illa beneficia superueniat alia generalis reservatio, nihilominus potest de illo sibi facere provideri per suum executores, cum distin.

Si sit Facta reservatio certi & nominati beneficii in fauorem alicuius personæ expresse, & superuenierit super eodem beneficio alia reservatio generalis, forte, quia qui illud obtinebat, est effectus familiaris papæ, vel quia in Curia decessit, vel existens in partibus constituit procuratorem ad resignandum in Curia, & ibi fuit resignatum, poterit ille primus reservatiuus facere per suos executores sibi provideri de tali beneficio postea vacante. Et quamuis non repetitum casum ab alio tactum, probatur quod dixi eo, quia ex illa specie illi reservatione facta pro certa persona, est acquisitum sibi tale ius, q̄ nisi papa illi punctualiter deroget, in collatione alteri facta de eodem beneficio, non præiudicatur reservatiuo, vt singulariter collauit Geml. in cons. xi. vtrum ille, in si. de quo dedi aliam remissionem supra la. liii. effec. ver. excipio a prædictis. Et si contrarium dicemus in totum destrueretur ipse reservatiuus, quod non est dicendum secundum remiss. quas dedi ad Rotam in. iiii. q. prin. ver. beneficia alteri debita. Corroboratur, quia dicta reservatio quæ superuenit cum sit generalis, vt declarauit in. ii. q. prin. in. ii. iii. & .iiii. casu habet vim legis, vt dixi supra in. i. effec. ver. sed dubitatio est nō mediocri, ergo non censetur derogare iuri specialiter acquisito, argumento. c. i. de consl. lib. vi. Nihilominus relinquo hunc casum indecisum, propter maximas prærogatiuas quas habet vacatio apud sedem, quia non reperitur alia efficacior, prac. Cancel. fol. lxxxviii. in prin. Et ideo isto casu forte tutius est dicere, q̄ si ipsi reservatiuo est datus executor vt conferat &c. q̄ non poterit conferre, & sic sit extincta sua reservatio, quia nullus citra papam potest vacantia in Curia conferre. c. ii. de præb. in vi. Sed si nō fuisset datus executor sicut, de quouide quæ dixi in. xxii. q. seq. q. prin. Sed si esset cautus ille reservatiuus cui est datus executor non faciet sibi provideri per ipsum, sed recurret ad papam, quod fieri potest, arg. no. per glo. pe. in cle. auditor, de rescrip. In aliis generalibus reservationibus superuenientibus nō esset tantum dubium, vide quæ dicam infra in hoc. lxxii. effec. ¶ No. tamen ex facto proposito casum in quo super eodem beneficio possunt concurrere quatuor reservatioues. Prima quando est specialiter reservatum. Secunda quia persona quæ obtinebat est effectus familiaris, Tertia quia est etiam effectus officialis. Quarta quia decessit in Curia, sed an impetrans talia beneficia in quibus concurrunt tot reservationes debeat de omnibus reservationibus facere mentionem dicam infra in. lxxiii. effec. ¶ Ex eodem

eodem factu venit desideranda quaedam utilitas. Primo dum p[ro]p[ri]o
p[ro]p[ri]o q[ue] reseruatione superueniens, officiat beneficiis ante familiaritatem
obtentis, contrarium sentit, licet in alio proposito. d. Casp[us] in isto tra
ct. fol. viii. in prin. dum dicit, q[uo]d beneficia alias reseruata non veniunt
in reseruationem, ponit exemplum in auditore & officiali in benefi
ciis que habeit postq[uam] effecti sunt tales, ergo ex his verbis videtur in
nove contrarium esse. s[ic]ut etq[ue] essent effecti tales obtinissent benefi
cia. Cuius dictam corroboratur ex. xxx. regula Cancelli que loquit[ur] de
beneficiis acquisitis durante familiaritate. Ibi quo ad beneficia &c.
Contrarium tamen credo prout aperte sumi potest ex factis, q[uo]d narrat
Anch. in cons. cccc. viii. p[re]mittit quod factum est supra consi. postu
tum. Vbi Benedictus. xlii. c[ir]ca uocat unum absentem in eius familia
rem, quo mortuo beneficia illius tanquam reseruata contulit, & constat
ibi q[uo]d ante familiaritatem habuerat illa beneficia. Et licet Anch. con
sulat contra tamen illud est, quia non ualebat illa receptio familiarita
tis, sed si ualuisse fecus foret, quod etiam videtur, & est expressum
in. iiii. reg. Cancell. in ver. obtinent, cuius intentio est reseruare benefi
cia que familiares obtinent non facta determinatione, an ante familia
ritatem, an ipsa durante, fuerint acquisita. Et sic conditor regula
rum uoluisse reseruare obtenta durante familiaritate, & non ante di
xisset per verbum p[re]teriti temporis obtinuerunt. Illud autem verbu[m]
quod sequitur, eorum familiaritate durante, ad egermitat[em] uerbum ob
tinuerunt, quasi uelit q[uo]d illa, que post finitum familiaritatem obtine
runt, non sint reseruata: quia etiam causa reseruationis id est familia
ritas, pro quo uide Bal. in. l. ii. ver. sed querit. C. de epi. & cleri. Et ista
est ueritas, & intellectus illius. iiii. reg. roadiuuatur istud ex aureo con
si. Geml. cxlii. Joannes episcopus, ubi per bonas rationes consuluit, q[uo]d
p[re]iulogia concessa Auditoribus sacri palatii circa antelationes in gra
tis expectationis comprehendunt etiam illas gratias quas ipsi habeb
ant p[re]iulogij essent facti Auditores. Secundo dum p[re]supponit q[uo]d si est
constitutus procurator in partibus ad resignandum in curia, q[uo]d bene
factum resignatum uacabat ubi est facta resignatio, & non ubi fuit p[ro]
curator procurator. Nam hoc est expeditum, quia istud firmat Anch.
in. c. li. in. l. q. & Philip. de perusibi in glo. super ver. uacare, de p[ro]
ben. in. vi. Caran de. l. in. vlti. q. de renui. Anch. in. c. c. m. l. in. h. de
elect. in. vi. Ro. in. consi. cccc. li. Bal. in. l. i. in. ius. s. romae, de excusant.
Egl. in. tra. d. permu. in. vlti. q. vii. partis, dicens, q[uo]d ita inuat Curia Ro.
idem in. vlti. q. i. partis dicit supra in. iiii. q. vi. effec. Istit adde. Colle.
in. c. cum in eunctis, ver. quid si facta extra de elec. b. p. m. i. i. in. i. i. i.

¶ Vigintus tertius effectus.

¶ Vnionis effectus impeditur per reseruationem p[re]cedentem.
¶ Vnionis postea beneficia reseruata ab ordinario aut alio inferiori

Reseruatio + P[re]cedens impedit effectum unionis sub
sequens facta de beneficio reseruato, Ro. l.
ag. xix. no. q[uo]d reseruatio papae in p[ri]mo, & in eisdem, de viii. de q[uo]o

I Tract. Reservation. B. C. G.

potest fieri. Instantiū q̄ vniō non fertur effectum, donec vacante
beneficium vacant et personarū ius: cui papa contulit, nisi ex eiusdem
persona oriatur alia reservatio, secundum Rota: predictam de vi. in
2. h. & in hoc cōsentit dicitur in. ii. q. vi. q. primū huius. f. partis. C. Ex
isto effectu sumitur, q̄ ordinarius & sic inferior a papa potest vire be-
nificia reservata, cuius contrarium tenet Co. an. in. c. si tibi absentis
de prelat. in. vi. dum ponit pro ista mōdū. Quia non potest conferre
regra non potest vult. Primum tamen dicitur reuocari consuetudo Fed. in
de sen. in consuetudin. in se. vlt. vlt. var. Item quatuor dicitur Philipp. de Pal-
ra. in. d. q. si tibi absentis. pen. vlt. in prin. super glo. in. ver. in personā
d. C. in. do. si in. l. si q. de sol. ecclē. non alie. non aliter cōsent. q̄ cum
ita quæstio esset de facto, in. xxii. de ordina. in vniōnem non valere,
ipse tamen residet cum Rota predicta, licet non alleget numerū con-
ditionis, idem tenet in cle. vlt. v. col. ver. ad secundam, de rescrip. Ad
dicitur Co. and. supra adductam, nec Phil. nec Ciri respondet quia de
i. p. non faciunt mentionem. Sed Fed. de sen. in. d. consuetudin. respicitur
de q̄ Co. an. nō dicit, q̄ nō valeat vniō, sed dicit, quāto potest fieri in
preiudicium absentis, cuius et si collatio per episcopū, si si sentiat q̄
valebit vniō, sed nō fortē effectum ante mortem collatoris. Cōdual
tū hoc, q̄ multa prohibent fieri, quia tamen facta tenent. l. l. s. i. biduū
ff. q̄ a. p. p. si aliter responderi in consuetudin. quæstio. & c. vii. col. ver.
vlt. obstat, ut dicitur, q̄ licet in isto casu non valebat vniō, quia erat
æquilibrium ius absentis, putat tamen valere, posse fieri illo casu, si d.
nō in preiudicium absentis. Et ad id effectum eadē responsio cum, prie-
ma. Ego intelligo p̄dicta secundum viam dicitur. quam alias cōsi-
derari apostillando soleuit tract. vniōnem Petri de pen. in. l. i. i. h. i. h.
l. i. q. & sequatur enim loquitur in generaliter reservatis, aut in specia-
liter reservatis. Primo casu aut siue reservata illa reservatione de qua
in. l. i. de p̄b. in. vi. & tunc dicit Petrus de per. in. d. i. i. q. q̄ legatus
potest collata beneficia reservata vire, q̄ licet papa reseruat sibi col-
lationem i. p. s. tamen illas dispositioes de dicitis beneficiis non
videtur velle tollere ordinaris, per quā rationem dicit, q̄ etiā epi-
scopus potest velle illud. l. i. i. c. quando tractat de vniōnem menda per
metropolitānum An. l. i. q. q̄ dicitur quā ipse etia nō reputo ve-
rum. Quia beneficia vacantia apud sedem papā non solum collatio-
ni suæ reservantur in. d. c. l. i. s. etiam ordinariorū, ut in. c. vi. c. in p̄-
bendis, de consue. l. i. v. quod verbum impedit, q̄ non possunt fieri de
vniōnem per inferiores, ut dicitur in. d. c. l. i. s. in alio. propositio ipsius
inferius in. l. i. i. q. de quo plerūq̄ dicit supra in. v. eff. ver. tertius cas-
sus, & in. ver. est bene verum. Nec credo contrarium dixisse præfatum
doct. si fuisset recordatus dicitur in. d. q̄ in p̄b. p̄ hoc vide no. Col-
lect. in. c. sicut vire, ver. sed nunquid beneficium reservatum, extra de
exce. p̄. si vbi vbi collata beneficia sunt reservata alia reservatione gen-
rali, & isto casu si reservatio est de generalis de personarū i. c. vlt. in
quod declarari supra in. vi. eff. in. l. i. i. cond. puto procedendum esse
primū, de Rota, de Doct. quibus supra cōmōdum. sed si sua reservatio
ta generaliter tantum, secundum exempla que ibidem dixi, tunc de
do vniōnem factam de collibus sicuti ipse non impedit, q̄ papa

de talibus prouidetur. Rationem disticta collige ex dictis in. a. ii. l. cond. C. Secundo casu. In specialiter reseruat, & tunc dico, qd si sint specialiter reseruatæ secundum primum modum: In prin. & secundum modum quos posui supra in. ii. q. prin. ver. d. de h. v. d. prædicta possunt, quia per inferiores, sed vno non fortitur effectum, vt dixi supra in prin. huius effectus, & ita etiam casu possunt intelligi Rota, & docto, supra relati, de Cal. in h. d. e. consue. cons. iii. an valeat per. col. ver. Immo. Et. Pet. de Peru. In tract. v. in unum, fol. xxvii. Si vero sunt reseruatæ secundum primum modum in secundo casu, vel tertium modum quos ibidem posui, credo vniorem fortiri effectum, non expectato, qd de talibus alicui virtute reservationis prædictæ prouideantur, ex eo, quia ante vacationem beneficii vult, nullum eius erat acquisitum ipsi reservationi secundum. d. Abb. in. c. vlt. de reserip. Item quia eius gratia non extinguitur in rotam, cum possit purificari in aliis vacationibus, pro hoc vide quosdam remissiones, quas posuit in. iii. q. prin. ver. beneficia alteri debita. Et super hoc vide Collect. qui dicit Curiam ita ferre in. c. c. onstitutus. vlt. col. in prin. extra de reser. Et propter hoc forte dicit Ro. An int. c. li. no. q. beneficium, qd beneficia possunt vni in præiudicium expediri, quia eorum gratia potest in aliis vacationibus purificari. Credo tamen qd in casibus in quibus prohibet fieri vniorem per inferiores de beneficiis reseruatæ, qd non sit prohibiti quia possunt commendari per ipsos, iuxta formam. c. nemo deinceps, de elect. in. vi. super quo dedit remissionem supra in. i. effect. ad. h. ver. vult non omitto. Prædicta atbleror verum, saluo semper eo quod circa hoc dicitur determinatum in quadam extratrag. quæ insip. dudum, quæ quidam dicunt fuisse Ro. xxii. per quam dicit. d. Casp. in isto tract. fol. vii. beneficia reseruatæ non posse vni. Nec etiam permittit secundum Cal. de. re. permu. cons. iii. an beneficium in h. & Lap. alle. xxvii. disputat. Et per dictam extratrag. quæ dicitur fuisse Benedic. xxii. Glo. in cond. Basileæ, de elect. & reser. super ver. impediti, dicit per illam suspendi vniorem. Ego non possum aliquid dicere, quia ipsam non habeo, nec est inter alias impressas. Prædicta procedunt quæ inferiori Papa videtur beneficium reseruatum. Quod autem si ipse Papa vnioretalia beneficia, an expitet reservatio dicitur in. xv. q. vi. q. prin. huius partis.

C Vigesimus quartus effectus

Beneficium reseruatum, an possit suppleri in præiudicium reseruatæ.

Beneficium reseruatum non potest extinguere siue suppleri in præiudicium reseruatæ, siue reseruatæ papalis, secundum terminos. c. cum accessissent, extra de cons. Ira referunt doct. tenuisse Lap. in de. h. de reserip. c. tra. gl. vlt. ibi quæ cū distinctione locuta est, & licet D. Card. ibi. in. v. col. ver. ad scilicet referat, qd curia Ro. tenet dictum Lap. tamen non recipitur indistincte a doct. Et omittis dictis ipse Car. & Imo. ibi videtur forte discordare qd in duobus tantum casibus possit beneficium reseruatum suppleri in, & in totum extinguere, quando effectus reseruatæ secundum primum

Tract. Reservationis. 61

num modum in secundo casu, vel tertium modum specialis reservationis quem posui supra in. 11. q. prin. quibus casibus si ante datam reservationis illud non vacabat poterit ordinarius ex tunc suppressere & extinguere, vt mortuus rectore specialis ex. in. 11. q. 1. quia ex hoc non generatur aliquid quod praedicti iudicij reservatio, qui tempore suppressionis nullum habebat. ius, nec in illo, nec ad illud, cum sup. no sit dare ulterius vacationem di. c. beneficii, vt in. d. c. cum accessissent, im possibile est, qd cadat in gratiam que loquitur de vacatibus. Sed dici potest, qd isti casus non faciunt ad propositum, quia tempore suppressionis non erant reservata licet posset cadere in reservationem si reservationis illa acceptasset. Et propterea dico distincte dictum Lapi esse verum & merito a curia receptum, quod ostendo, Nam quando beneficium sit specialiter reservatum pro certa & nominata persona, non potest extinguere propter irreversibilem & perpetuam praedictam reservationem ad quod est habet idus magnus respectus, vt. d. c. supra in. 11. q. 1. effect. ver. illa vero & alibi sepe, quod intellige, verum si in tali reservatione est appositum decretum, quod si hoc forte non sit irreversibilis, qui si preferunt, de quo dixi supra in. 1. effect. ver. sed dubitatio, quando vero est reservatum alia reservatione que est facta non pro aliqua persona, sed vt ipse papa de idonea persona in eo pro videat, tunc etiam non potest extinguere, nisi licet in contemptum ipsius reservationis, vt in. sum. dicit. D. Casp. in isto tract. in. vlt. q. & ista ratio potest habere locum etiam in reservatione, vt. q. 1. et videlicet et non possint suppressi siue perpetuo extinguere, vt praecedenti autem effect. i. deo vlt. q. 1. malotius permittitur quia per eam non violatur reservatio cum vlt. suspendatur, qd in isto casu non potest considerari, quia beneficium extinguatur in totum.

CVigentesimus quintus effectus.

• **Ecclesie collegiatae beneficii si reserventur remanent reservata ecclesia**
qui ecclesia defuerit esse collegiata.

• **Reservatio** dignitatum principalium facta in ecclesiis collegiatis de qua in. 11. q. 1. Canecl. for titur effectum, etiam, qd tales ecclesie defuerint esse collegiatae, de quo est pulchrum consil. in. 11. q. 1. vob. consil. Alex. in. 11. q. 1. vlt. puncto. 1. col. cui se subscripsit ipse. D. Alex. in consil. seq. vlt. ponderatis. 1. col. que vide. om. 1. q. 1. quibus adde. Ph. de Perul. in. 11. q. 1. de off. leg. in. 11. q. 1. in contrarium faciunt dicta per Collec. in. c. 11. vlt. sed de quibus, extra de deco. c. 1. p. 1. et in. super. l. hoc effect. a iuris d. c. 1. d. & d. d. a randa. 1. an procedat, si ante reservationem vel post defuerit esse collegiata, & quid si post reservationem est ecclesia alia ecclesia in collegiata, que omnia pe. idem ex profundis traditis per doct. max. Intro. in de. vlt. de refer. ad quem si casus occurreret est recurre idem, & prout dicitur in collegiatis idem potest dici in reservatione maioru dignitatum post pontificales facta in ecclesiis cathedralibus, licet postea defuerint cathedrales, pone exemplum, in Civitate Aquilana cuius Patriarcha creavit sedem Vinctis, vt dicit Pet. de Anch. in. de. & 6 principiis

principalis. li. col. de restri. idem in ciuitate Fesulana culus episcopus
residet Florentia, vt dicit Lopus alleg. cxxiij. Ciuitas Fesulana.

¶ Vigésimus sextus effectus.

- 1 Intrusus in beneficio reseruato, non confert beneficia pertinentia ad collationem ipsius beneficii reseruati.
- 2 Fructuum beneficii appel. venit collatio virtute ipsius facta.
- 1 **Intrusus** + In beneficio reseruato nulliter confert beneficia ad ipsius beneficii reseruati collatione spectantia, Rot. in ant. clxxxij. No. vbi aliquis scus si alias esset intrusus, sed non in beneficio reseruato, secundum Rotam ibi, possit super hoc forte probabiliter distingui, an iste intrusus sciat vel scire debeat tale beneficium esse reseruatum; an ignoret, vt primo casu nulli. et qd ferat, quia non facit fructus suos. + Et collatio dicitur fructus, iuxta no. in. c. cum olim, de ma. & obe. de quo dixi supra in. lx. effec. secundum casu scus vt in Ro. praedicta in fi. vide Egi. in decis. lxxvi. decretum &c. & Ro. in antiqo. liij. de prab. vtrum intrusus &c. & quae dicam infra in. lxxij. effec.

¶ Vigésimus septimus effectus.

- 1 Supplicatio signata solum non facit expirare reseruationem, licet per collationem expiret.
- 1 **Licet** + Reseruatio expiret per collationem subsequenter, vt dicam in. l. q. & seq. v. q. prin. huius primae partis, tamen si istius collationis ostendatur sola supplicatio signata per habentem potestatem. l. papam vel habentem causam ab eo non probabitur per hoc reseruationem expirasse ita refert Fely. d. rub. extra de consti. liij. col. vide Rot. lxxij. Item no. q. vbi gratia, pono vt melius intelligat casum in facto. Papa reseruauit vnum beneficium quo vacante successu temporis vnus obtinuit illud ab ordinario, alter obtinuit postea a papa, orta lite inter eos lite vltimus dicebat beneficium reseruatum, & hoc probauit ideo collatio ordinarii nulla, vt supra in. l. effec. Aliter dicebat reseruationem expirasse, quia papa virtute illius reseruationis contulerat, & de ista collatione ostendit tantum suppl. signata, replicabatur non probari per hoc extinctionem reseruationis. Credo q. praefatus doct. voluerit allegare Rot. in ant. dccclxxxij. no. q. vbi gratia est facta in. ij. q. quae est corrupta, & loquitur cum distinctioe, vt potestis videre.

¶ Vigésimus octauus effectus.

- 1 Reseruatio papae probatur per testes. Gratia vero scus.
- 1 **Gratia** + Papae, licet non possit probari per testes Rot. in no. uis. cccxxij. licet romana, tamen reseruatio papae bene probabitur per testes. Rot. in ant. xcvi. uo. q. reseruatione, & sufficit summatim probatio, q. beneficium sit reseruatum, secundum. d.

Trac. Reservatioñ.

Vultateñ. olim auditorem Pal. postea Card. quem refert, licet videat sibi dictum Egid. decis. ecclesi. in si. ad effectum obtinendi, ratio est, quia tales reservationes solitus est facere Papa p verba simplicia, vide licet, reservamus nobis tale beneficium, de qua Dacatil pro tempore existentes faciunt simplicem memoriam in libro suo, vt dixi factu supra in i. effectu ad si. vide presumitur, q testes recordantur, & q reservatio possit probari aliter q̄ per literas Apostolicas videtur aperte decisum in dubiis Tho. fastoli, causa. xii. dubio. xxxii.

¶ Vigésimus nonus effectus.

- Reservatio presumitur facta motu proprio papæ absq̄ eo q̄ exprimitur, licet gratia sitis.
- **Quamuis** + Papa tunc dicitur fecisse gratiam motu proprio quando exprimitur in literis, vt dixit Ange. in l. omnis, in prin. C. de quad. prescrip. cum quo concordat Ro. in cons. cccxxvii. Iste sunt rationes. ill. col. vers. præterea, & est tex. in e. si motu proprio, de præb. in. vi. Tamen si dicatur fecisse aliquam reservationem presumitur illam fecisse motu proprio, And. sic. in. e. constitutus. xxvi. col. de refer. & est necessarium intelligere de reservatione facta, vt dixi in præced. effectu, quia si super ea essent literæ exprimitæ staremus literis.

¶ Trigesimus effectus.

- Familiarium appellatione in reservationibus familiares familiarium comprehenduntur.
- **Reservatio** + Facta per Papam de beneficiis familiarium suorum comprehendit et beneficia familiarium suorum familiarium, ita sing. Soly. in l. ii. in si. C. de epis. & cle. p quo faciunt quedam pulchre rationes adductæ per Old. in alio proposito in consil. xi. Thema talis est, q̄ est multum notan. ad intellectum regularum Cancell. per quas reservantur beneficia familiarium Papæ, & Cardinalium.

¶ Trigesimus primus effectus.

- Iuramento censetur derogatum per reservationem papæ absq̄ expressa illius derogatione.
- **Si in** + Aliqua ecclesia est certus numerus canonicorum iuramento firmatus, & papa in illa reservat vnum canonicum, & præben. non est opus facere in tali reservatione mentionem de numero, & iuramento prædictis, Lap. allez. xv. Idem est dicere ver. Item materia.

¶ Trigesimus secundus effectus.

- Reservatio causata ex officio in vacato non exprimat cessante officio.

Si causetur +Reservatio ex aliquo officio ad cuius initium non puta collectoris, vel simili non expirat cessante officio Rot. in no. clxxxii. beneficia collectorum, in prin. & in eisdem. ccvii. licet iuxta ordinationem Pet. de Anch. cxxxviii. de natura efficacia in si. faciunt dicta supra in. xvii. effectus.

¶ Trigesimus tertius effectus.

Reservatio per papam si fiat eadem die qua ordinarius contulit, si non apparet de prioritate praefertur reservatiuus, non obstat. qd secus fit in expectante cum ratione diversitatis.

Quando +Papa eadem die reservat qua ordinarius in partibus confert beneficium, qd cadit in reservatione si reservatio habet decretum praefertur reservatiuus, si non apparet de prioritate puta horae Gemi. in. c. si a sede. ii. col. quid si Papa Pet. de Anch. in. ii. q. in si. Phil. de Peru. super glo. ultima omnes sicuti Lap. ibi de praeb. lib. vi. licet Collect. in. c. post electionem, ver. quid si Papa, vel legatus, extra de concess. praeb. teneat simpliciter provisum ab ordinario praefereat. obstat fortiter huic effectui dictum Egidii. cxxv. si reservatio. cxxxv. in causa. d. Guldini, ubi dicit, qd si papa eadem die reservat qua expectatiuus fuit provisus per suos executores praefertur expectatiuus, idem Rot. in ant. cccvi. not. cum reservatio, in prin. Dicat qd in casu Rotae eadem auctoritate qui fuit facta reservatio fuit facta provisio per executores qui procedunt auctoritate Apost. in casu vero nostro secus, quia concurrunt maior, & minor, merito presumendum est pro maiori, prout dicunt Gemi. & Anch. ubi supra in quadam simili oppo. sed de ista non faciunt mentionem.

¶ Trigesimus quartus effectus.

Reservatio facta de canonicatu, & praebenda quae primo vacare contingerit in certa ecclesia, sortitur effectum etiam qd in. d. ecclesia. ii. q. si certus numerus canonicorum.

Reservatio +Facta de canonicatu, & praeb. quae primum vacare contingerit in tali ecclesia sortitur effectum, etiam, qd ibi non sit dare vacationem praedictorum forte non est in ea certus numerus canonicorum, glo. est in. c. si. super ver. de distinctio de concess. praeb. cum qua concordant Anch. Gemi. & Philip. & ista opinio tanquam aequa servatur in practica secundum Imo. ibi relatum per praedictos ultimos scilicet, Gemi. & Anch. quibus adde Bal. in. c. cum ana. i. col. ver. clausula, extra de elect. ubi multum commendat dictum glo. & Lap. alleg. xiiii. conclusio. in. lili. cond. D. Abb. in. c. constitutus. ii. col. ver. sed quare, extra de rescrip. & in. c. ex parte, per i. col. ver. sed ex quaestio, extra de concess. praeb. Et cum ista opi. in effectu residet Egi. in decis. xiiii. reservatio & c. post aliqualem disputatione. in. ver. si vero. Et. D. Gasp. in isto trac. in ult. charta. ver. lili. licet non alleget maiorem partem praedictorum. Secus est quando papa ma

Trac. Reservatiōn.

dat aliquem recipi in canonicum & in fratrem, & provideri de prima præbenda si vacat vel q̄ dicto vacabit. Quia isto casu non poterit provideri si in illa ecclesia non est numerus præbendarum, Comp. in c. capitulum, ver. Item quid si papa, extra de rescrip. qui dicit ita obtrivisse. Quia non datur vacatio in tali ecclesia. Ideo Canonici non dicuntur vacare, sed desinere, secundum Anch. in. c. si gratiosus. ii. col. ver. & per hoc. de rescrip. in. vi. Hinc est q̄ ex mora capituli non devolvitur electio canonicorum ad episcopum, secundum Inno. in c. cum ecclesia vultreana. in prin. extra de elect.

21. q. 2. p.

¶ Trigesimus quintus effectus.

- Intrusus in beneficio reservato si illud postea impetret a papa tacto de intrusione nihil agit.

Siquis + Beneficium reservatum scienter apprehenderit ex collatione ordinarii, & illud idem facta mentione reservationis a papa impetrauerit, tacto q̄ in eo esset intrusus ex dicta collatione, non valebit talis subsequens impetratio. Egid. decis. cccxviii. si obtinens.

¶ Trigesimus sextus effectus.

- Beneficia vacant apud sedem si conferantur per Papam, hoc tacto, q̄ in Cu. vacauerint, collatio est nulla etiam q̄ in gratia dicatur non obstantibus reservationibus & c. nisi fiat motu proprio.

Beneficia + Vacantia in Curia, si papa conferat, nõ facta mentione, q̄ in curia vacauerint, collatio est nulla, Gemi. in. c. il. pe. col. ver. & ex isto tex. vbi idem concludit Phil. lip. de peru. in. vi. col. de præb. in. vi. secuti Lap. ibidem. & reprobantes Anch. qui contrarium voluit sibi in. iii. nota. Quorum opi. coadiuuatur ex hoc. Nam nulla reperitur maior & efficacior reservatio, q̄ illa quæ inducit per vacationem apud sedem, vt constat ex. d. c. ii. & ex his quæ dicam in. xliii. effectus. & in vno ex effectibus quos addidi qui est de vltimis, Ideo beneficiis ibi vacantibus intendit papa specialius de personis idoneis providere. vt in extraua. Boni. viii. pæ sollicitudinis. de præb. Vnde si illa conferat ignorans q̄ sint talia videtur circumuentus. etiam q̄ fuerit apposita clausula quæcumq; generalis reservatione non obstat, secundum Gemi. in. consi. xii. vtr um ille, in. si. Istud tamen dictum limitat Lap. quem ceteri referunt, & nõ improbant non procedere quando Papa conferret motu proprio, quia licet non faciat mentionem, q̄ in curia vacauerit, valebit tamen collatio. Quod credo verum, quia in talibus collationibus motu proprio factis non potest esse circumventio, vt in. c. si motu proprio. eo. ti. & lib. Ultra ipsos similito secundo modo, quia si in collatione etiã ad instantiam alterius facta esset clausula non obstante quæcumq; reservatione etiam in corpore iuris clausa, non vitaretur, quia dicta clausula operatur expressionem vacationis in curia, licet sint alie plures reservationes in corpore iuris clausæ, vt dixi supra in. ii. q. princ.

ver. & an reperiat. luncto ver. est bene verum, & in talibus impetra-
tionibus sufficit exprimere equi pollens, vt dixi supra in. lili. effectu.

¶ Trigesimus septimus effectus.

1 Præbenda alicuius referuata, si illa dimissa optauerit aliam & deces-
serit, quæ præbenda referuata censetur.

2 **Referuatio** + Operatur, q̄ si Papa referuat præb. alicuius si ipse postea optet aliam per. c. vlt. de consuet. ll. vi. remanebit referuata illa optata non illa dimissa, secundum Io. de Ligna. in. c. dilecto, extra de præb. quem refert & sequitur D. Car. in conf. cxxvi. vacauit canonicatus & præben. ad si. ver. v. aduerte, quia si Papa referuasset præben. talis puta Titii q̄ primum per cessum, aut decessum vel aliam dimissionem vacauerit forte esset dicendum illam dimissam cadere in referuationem, quia vacauerit vno ex modis expressis in referuatione cogitabitur.

¶ Trigesimus octauus effectus.

1 Referuatius potest acceptare beneficia vacan. per cessationem com-
mendæ.

2 **Beneficia** + Commendata, vacantia per cessationem com-
mendæ ex morte Cōmendatarii, veniunt in gra-
tiam referuationis, secundum Mar. de Sen. in conf. xxxii. ex his que su-
perius. vi. col. ver. & pro prædicta conclusione, qui dicit hoc voluisse
Ro. in conf. cccxlvi. ego perquisiui in cōsilijs Ro. nec in illo, nec in
alio numero hoc inueni, præsertim in illo. ccc. quod totū est in ma-
teria commendæ, credo tamen dictum esse verum in casu in quo re-
feruatio extinguitur p̄ cōmendam ad vitā, de quo dixi supra in. lili. q.
prin. ver. beneficia cōmendata ibi aduerte diligentissime &c.

¶ Trigesimus nonus effectus.

1 Optari non potest camera decedentis in cur. sicut nec præb. licet quo
ad alia optio teneat, vt in stallis, & voce, ac iure optandi.

2 **Referuatio** + Per vacationem in curia non solum impe-
dit optionem ipsius beneficii in curia vacan-
tis, vt in. c. vlt. §. in præb. de consue. in. vi. verum etiā impedit, q̄ non
possit optari camera quæ erat illius per cuius obitum vacauit benefi-
cium in curia. D. Car. in conf. xvi. Do. papa ver. sed alius est casus. Pro
hoc facte referuato beneficio regulari intelligitur referuatum locus
qui debetur obtinenti beneficium referuatum præc. can. fol. xcii. ver.
referuato. ¶ Unde ille qui habuit præbendam taliter referuatā quæ
alias poterat optari intrat in locum prædesur. tū quo ad præbendam
& cameram, quia est annexa illi præbendæ referuatæ. Non tamen in-
trabit quo ad stallum in choro, & vocem in capitulo, sed s̄ debet in vi-
timo loco & ius optandi in tali ecclesia non competet sibi nisi postq̄
erit antiquior in receptione. vide remissionem in alio exemplari.

28 Trac. Reservatioñ.

¶ Quadragesimus effectus.

- 1. Expectans non potest acceptare beneficia reservata.

Beneficia ¶ Reservata non possunt acceptari per expectantium virtute suæ gratiæ expectatiuæ Ludo. Ro. in conf. cclx. in proposito casu per totum, sequitur Fely. in. c. capitulum, ver. de duabus collationibus post medium, extra de rescrip. istis adde Cal. in tit. de præb. conf. lx. an valeat acceptatio. Et hoc tempore in no. viii. erat decisum per vnam suam reg. quæ incipiebat. Itē statuit & ordinavit quod nullus vigore cuiusvis gratiæ &c. quæ non est in illis glossatis. Sed in his quæ sunt impressæ in fi. decisionum Rotæ in vit. impress. fol. cccxi. conferunt dicta supra in. lii. q. prin. ver. beneficia alias reservata in prin.

¶ Quadragesimus primus effectus.

- 1. Spoliatus non restituitur si obicitur de reservatone Inducta per extrauag. execrabilis.

Siquis ¶ Fuerit spoliatus altero ex beneficiis incompatibilibus quod tenuit ultra tempus statutum in extrauag. execrabilis. lo. xxii. de præb. non est audiendus si petat se restitui ad illius possessionem. Ro. in consi. cccxcix. in præmissa consultatione ver. tertio ad idem allegat Rotam in ant. xx. credo, quod velit allegare vnam additionem quæ est in no. xvi. Insuper additio pone quod aliquis. Idem tenet An. Corser. in tract. de regia potest. in. lxxii. q. in. xvi. limit. ta. quani dat ad regulam, & spoliatus &c. & ibidem in. xxxii. limit. vbi dicit hoc velle Mod. Per unnos in. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. pos. credo quod voluerit intelligere de D. Bal. nouello de Bartolinis, qui multum solenniter repetit illum. §. qui tamen cōtrarium vult ibi in. xviii. fol. Credo vtrunq; dictum posse esse verum, videlicet, illud Ro. Rotæ, & Anto. in. d. xvi. limit. Sed non per ipsorum rationes quæ sunt contra tex. apertum in. c. licet episcopus, de præb. in. vi. Sed quia beneficium incompatible tentum post tempus præfixum in dicta extrauag. efficitur reservatum, vt ibi. §. quæ omnia, quæ reservatio incidit etiam possessionem, adeo vt non competant remedia possessoria, vt prædictum est supra in. lx. effec. de quo vide vnam addi. magnam in prin. in no. decis. xvi. si contra. Dictum vero Bal. nouellum est verum, scilicet, si priusq; labatur tempus præfixum ibi episcopus conferat, quo casu non est ille de facto priuandus possessione sua d. c. licet episcopus, nec cadunt priusq; labatur tempus ibi statutum in reservatone illius extrauag. Et hoc est quod voluit Fed. de Sen. quod collatio primi beneficii deuoluit ad ordinarium, licet Collect. cōtra in. c. de multa. iii. col. ver. Sed quid habens extra de præb. quæ omnia sunt bene notanda maxime ad intellectum dicti. c. licet episcopus, & vide, quæ dixi supra in. lii. q. prin. ver. beneficia vacantia per priuationem. Est bene verum, quod si Papa habenti alia beneficia sedet gratia

Do. Aeneae de Falco. 36

de alio beneficio obtinendo, & in casu quo obtinebit vult, q̄ prima beneficia dimittat isto casu post allocationem talis beneficii priora sunt reservata etiam priusq̄ labatur tempus praedictum, & videntur vacare in curia Ro. in ant. cclix. No. q̄ vbi papa habenti dignitate, & hoc est, quia Papa voluit ex tunc esse reservata.

¶ Quadragesimus secundus effectus.

Vnionis effectus Impeditur per reservationem sequentem.

Reservatio +Subsequens impedit effectum unionis praecedentis. Ro. in ant. xix. No. q̄ reservatio in ver. & ex hoc dicitur etiam q̄ de tali unione non fiat mentio in reservatione, ratio est, quia unio non tollitur, sed eius effectus differtur secundum ipsam. Et ex hoc infero duo. Primum, q̄ unio facta ad tempus in fauorem praelati puta ad vitam suam non impeditur, quia praegudicaretur ipsi praelato & sic iste effectus procedit in unione perpetua, prout sentit Ro. praedicta sibi, quia unio perpetua non tollit &c. Secundum est, q̄ reservatio subsequens non impedit regressum quem aliquis habebat super beneficio tempore regressus non reservato, quia in totum defraudaretur ille qui habebat talem regressum, conferunt huic rationi quaedam decisiones quas allegavi supra in .lii. q. principi. ver. beneficia alteri debita &c. & alibi in discursu, sed si papa vellet facere gratiam alicui sibi grato de tali beneficio reservato posset suspendere regressum, prout vidi fieri in quadam abbazia ad quam habebat regressus Reverendiss. Card. Ageneu. fuit tamen suspensus talis regressus de consensu suo.

¶ Quadragesimus tertius effectus.

Beneficia vacantia in cur. non possunt conferri ab aliquo, nisi specialiter mandetur etiam q̄ Motu proprio, & sub quacumq; verborum forma dicta facultas amplissima concedatur.

Potestas +Conferendi beneficia vacantia in curia vere, & proprie non venit in facultatem concessam alicui etiam Motu proprio, q̄ possit conferre beneficia vacantia vel vacatura quacumq; & vbiq; non obstante quocumq; privilegio de quo oporteret de verbo ad verbum expressam facere mentionem, prout in effectu concludit Per. de Anch. in c. il. col. ff. versi. circa hoc & Geni. col. pe. ver. sed quid si Papa & Phil. in vlt. nor. de praeb. in. vi. quod et ed. verissimum etiam si fuerint addita verba generaliter vel specialiter reservata per illum tex. ibi nisi ei sit de conferendis eisdem in Ro. cu. vacantibus specialis & expressa mentio &c. Sed quid si in facultate diceretur q̄ possit conferre beneficia non obstante quacumq; reservatione etiam in corpore iuris clausa perdet decisio ex his quae dixi supra in .ii. q. prin. ver. & an reperiat & in remissione quam dedi sibi dem in sequen. versi. & etiam an per verba equipollentia dicitur facta mentio specialis & expressa super quo volo vt cogites.

Trac. Reseruatiōn.

¶ Quadagesimus quartus effectus.

- Reseruatiōnes plures si cōcurrant circa idem beneficium omnium reseruatiōnum est habenda mentio in gratia.

¶ Quando + Circa idem beneficium concurrunt plures reseruatiōnes generales, quia illa persona ex qua vacauit erat collector, abbreviator, Capellanus, & huiusmodi de omnibus talibus reseruatiōnibus est faciēda mentio in impetratiōne aliās est hōi iure nulla, secundum vnam reg. Cancell. quæ erat tempore Grego. xi. propter quam dicit ita seruire Cancell. Cal. in ti. de res. conf. vii. quis præferatur de qua reg. facit mentionem Rot. in no. ccc. xxviii. si mandetur Geni. in. c. ii. pe. col. & Phil. de præb. in. vi. cum quibus transit simpliciter Fely. in. c. in nostr. ii. cor. extra de rescrip. ad q̄ dicit esse ponderanda verba modernæ reg. Cancell. lxxii. Item voluit & ordinauit quando prouidet &c. Aduerte quia nisi præfati docto. moder. qui fuerunt post Grego. xi. per multa tempora essent concordēs in supradicto effectu, ego multum dubitarem de veritate ipsius, quia reg. Cancell. moriuntur cum conditore, vt sæpe dictum est, de quo vi. de Io. Fran. de Paul. in præludijs ad extrauag. Io. xxii. glosatis p. Zenzel. in. ii. col. quia tamen prædicti illam allegant remitto me ad Cancell. & in quantum Fely. ponderat dictam reg. moder. credo ipsum cum reuerentia tanti doct. non bene considerasse, quia in ea solum narratur factum supplicantis dum loquitur de pluribus officialibus si bene aduertatur, non autem in ea ponitur ministerium vnionis, videlicet, quia ita debeat fieri.

¶ Quadagesimus quintus effectus.

- Reseruatis beneficijs obtentis per Titium comprehenduntur etiā beneficia in quibus Titius habebat ius ad rem, licet alter de facto illa obtinebat.

¶ Reseruatiō + Comprehendit beneficia in quibus, scilicet, ex cuius persona reseruabantur, habebat ius in re, licet alter de facto possideret, hoc probatur ex xxx. reg. Cancell. incip. Item voluit, q̄ impetrans beneficia, & ibi in quibus eis ius competierit, & vult. d. reg. q̄ in impetratiōne talium requiratur consensus Card. si familiaris ipsius fuerat ille qui est defunctus, idem puto in alijs reseruatiōnibus specialibus, vel generalibus, quia beneficia dicuntur illorum qui habent ius in re, licet alius de facto possideat, ad q̄ vide omnino Collect. in. c. constitutus. ver. sed quid de. q. facti extra de concess. præb. Comprobatur quia si beneficia quæ quis de facto obtinet includuntur in reseruatiōne, vt est dictum supra in. xviii. effect. multo magis ista de quibus loquimur in quibus plus iuris habebatur, quam in illis, vt de se parer, tamen ille effectus non est multum securus, vt ibi dixi, & pro isto effectu vidē omnino Mil. la. ver. obtine. re circa medium.

¶ Quadagesimus sextus effectus.

Electus non confirmatus si renunciet beneficio electiuo in manibus
Papae efficitur reseruatuni, licet moriatur sit scus.

Si electus † Non confirmatus moriatur in curia, licet
tale beneficium ad quod est electus non dicat
vacare in curia nec reseruatuni, secundum Rot. in no. in pe. decis. &
Phil. de Perus. in. c. q̄ sit. §. i. in prin. de elec. in. vi. tamē si talis electus
renunciet in manibus Papae, & Papa admittat renuntiationem, tale
beneficium remanet reseruatuni, de quo in extrauag. ex debito, & ad
regimen, in prin. ratio est, quia Papa admittendo resignationem vide
tur apponere manum super tali beneficio, & per consequens reseruas
se, quae autem sit ratio quae per mortem electi in curia non dicat va
care ibi beneficium est, quia durat illa prima vacatio propter quam
ille fuerat electus, Collect. in. c. ccclesia. ii. col. ver. sed nunquid si cele
brata, extra de fortileg. & in. c. cum in cunctis, ver. sed quid de elect.
extra de electio.

¶ Quadagesimus septimus effectus.

Familiaritatis causa inducta reseruatio includit beneficia in quibus
tales familiares habebant ius ad rem.

Ius ad beneficia multis modis quaerit, de quo vide, x. exempla.

Acceptatio dat ius ad rem.

Canonicus creatus auctoritate apostolica habet ius ad primam pra
bendam vacatam.

Electus habet ius ad rem. i. beneficium,

Præsentatus an habeat ius ad rem.

Reseruatius certi beneficii habet ius ad rem.

Collatio facta absentem nondum acceptata dat ius ad rem.

Optandi consuetudo dat ius ad rem.

Pensionis non solutio dat ius ad rem illi cui pensio est reseruata.

Regressus & accessus dat ius ad rem.

Ius ad beneficium habet ille cui venit conferendi ob priuationem
alterius.

Reseruatio † Causata ex familiaritate includit etiam
beneficia ad quae familiaris habebat ius ad
rem, vt in. iii. reg. Cancel. in fi. q̄ est mirabile. Est tamen super hoc di
ligentissime aduertendum, quia multi sunt modi per quos acquiritur
ius ad rem. i. ad beneficium, & tamen non in omnibus illis potest di
cta regula habere locum iungendo. scilicet illam cum alia quae est. xxx. in or
dine qua cauetur, q̄ in impetratione beneficiorum familiarium req
ratur consensus illorum Card. quorum erant vel fuerant familiares.
Ego alias scribendo cum qua potui diligentia super tit. de reser. in
de. & specialius super de. auditor, reduxi super glo. in ver. debitum plu
res modos alibi non reductos per quos acquiritur ius ad beneficium.
† Et pro intellectu dictae regule, & huius effectus resumam ibi dicta

Trac. Reservatiōn.

- breuius q̄ potero omillis multis quæ in proposito non sunt necessaria. † Primus modus, per acceptationem acquiritur expectanti ius ad beneficium acceptatum secundū. D. Card. in. d. de. auditor. & in de. seq. vtrubi q̄ in. ii. no. Ro. in no. cclv. licet de more & stylo Eg. d. xvii. per illa verba tamen. d. rez. non potest verificari in isto modo, q̄ constat ex eo, quia si allus tale beneficium acceptatum impetrauerit a Papa non facta mentione de expectante præfertur expectatio, Rora & Egid. vbi supra, qui non distinguunt, an fuerit acceptatum per familiarē, an per alium vnde si non est facta mentio de tali iure in impetratione facta a Papa, sequitur q̄ non requiritur consensus Car. cuius erat familiaris de iunctus. † Secundus modus per mādatum de prouideri. de prima præbenda factum recepto, siue creato in canonum auctoritate apostolica acquiritur receptus ius ad rem id est ad præbendam primo vacaturam. c. si postquam, de præb. in. vi. ad eo q̄ Papa conferendo alteri talem præbendam non facta mentione de tali mādato collatio est ipso iure nulla, secundum Anch. Cemi. & Phil. ibi post antiquos etiam si motu proprio Papa conferret vt ibi late. Et in isto casu arbitrari prædictas regulas verificari quia talis præbenda q̄ canonicarum collationem reservatiōnem & decreti interpositionem remansit affecta, q̄ videtur hodie decisum per extrau. Pau. ii. ad Roma. Pont. de præb. i. † Tertius modus per electionem acquiritur etiam ius ad rem id est ad beneficium ad quod quis est electus Rot. & Egid. allegati supra in ver. primus modus, tamen non includit in prædictis regulis, quia si talis electus moriretur in curia non remaneret reservatum beneficium q̄ dic. vt dixi in præced. esse. † Quartus modus, per præsentationem acquiritur præsentatio ius ad beneficium patronatum Rot. & Egid. vbi supra in ant. cccxxviii. nor. q̄ vbi est Ro. in no. cxxii. secundum omnes in fi. Intellige post acceptationem Abb. in. c. cum Bertoldus. ii. oppo. de re. iud. Cal. consil. xvii. præsentatio, in tit. de iurepa. etiam q̄ ordinarius illam nō admisit Roch. in tra. de iu. pa. fol. v. iiii. q. in fi. & iste modus quatenus sit illud ius patronatus, de quo dixi supra in. iiii. q. prin. ver. beneficia patronata nō includitur in. d. regula. Si vero sit illud de quo dixi supra in. xliii. esse. & tunc includitur in eis per rationem quia erat sibi acquisitum irreuo uocabiliter. † Quintus modus per reservatiōnem factam pro familiarar de certo beneficio acquiritur sibi ius ad illud intantum, vt si Papa alteri conferat non derogando expresse tali reservatiōni collatio est nulla, vt dixi supra alleg. Egid. in. lli. esse. in fi. & in. liii. effec. ver. Exceptio vbi dedi aliam remissionem, & istū casum puto includi sub dictis reg. quia remanet beneficium reservatum per mortem ipsius reservatiui, vt in. d. extrau. Pau. ii. † Sextus modus per collationē nondum acceptatam acquiritur ius ad tale beneficium. c. si tibi absent. de præb. in. vi. & puto hunc etiam casum includi in prædictis regulis, quia erat ipsi prouiso acquisitum ius in talē ad tale beneficium. Irreuo uocabiliter, vt dicitur doct. in. d. c. si tibi absent. † Septimus modus per consuetudinem optandi acquiritur ius ad præben. quæ potest optari. c. vlt. in prin. de consue. lib. vi. Pono exemplum mortuus est quidam canonicus cuius præbendam poterat & volebat optare alter

Do. Aeneae de Falco. 38

canonicus qui erat familiaris papae, aut Cardinalis, qui priusq̄ optet mortuus est, an talis praeben. inoptata remaneat relicta & sic includatur in d. reg. iiii. & in. xxx. forte q̄ sic per praedictam ratione de qua in praecedenti modo. ¶ **O**ctauus modus per cessationem solutionis pensionis in terminis conuentis & descriptis in literis Apostolicis propter clausulas positas in eis de consensu pensionem debentis vt si cessauerit &c. liceat ipsi pensionario &c. Nam si propter non solutionem familiaris pensionarius mouerit iudicium contra principalem & decesserit forte tale beneficium cadet in reservationem de qua supra. ¶ **N**onus modus est per regressum siue accessum quem familia eis habebat ad beneficia Titii. Nam si contingat Titulum primo mortis postea ipsum familiarem priusquam vigore regressus apprehenderit beneficia Titii forte cadent in reg. praedictam. Quia tamen isti duo casus non reperiuntur expressi nec in iure nec per doct. quos viderim idcirco dubito maxime, quia non potui videre tenorem bullarum quae super ipsis expediri solent & forte in literis utroque istorum casuum ius in re tribuitur. ¶ **D**ecimus modus per priuatione in forma iuris efficitur debitum beneficium intantum vt consuluerit Germin. in consil. cv. ad supplicationem, col. ii. ver. quo ad secundum q̄ rector priuandus non possit permutare cum alio littependente. Istud dictum Genul. habeo pro multum dubitabili & contrarium teneo in d. de auditor, in ver. nonus modus, & quicquid sit non puto comprehendere in reservatione. d. reg. cum non vacat tale beneficium antequam ille priuetur nec ille familiaris ante mortem dicitur habuisse aliquod ius vt colligitur ex Rot. in no. antepen. decis. Titius &c. de quo vide rarissime Villadiego in tract. de leg. in. xlii. q. i. partis colu. xlii. ver. si. sed quaero cum seq. ¶ **Q**uatenus autem reservatio inducta per dictam tertiam regulam ad beneficia ad quae habebatur ius ad rem respiciat solum fauorem papae non dubitarem omnes praedictos modos includi in ea, quia huiusmodi reservatio est fauorabilis vt dixi supra in. ii. praelud. ¶ **E**t nisi esset praedicta regula nullus ex dictis modis includeretur in reservationibus quia tamen ita reperitur expressum standum est cl. i. prospexit. ff. qui & a quib. ¶ **P**otest tamen assignari vna ratio generalis quare plures ex praedictis modis includantur in ea videlicet quia illa reservatio de qua ibi est fauorabilis, vt dixi supra in. ii. praelud. merito amplian. quia beneficia reuertunt ad suum caput & naturalem principem vt ibi dixi.

¶ Quinquagesimus octauus effectus.

Reservatio Facta ab executore Papae afficit beneficium etiam executore mortuo vel reuocato Petr. de Anch. in. c. praesenti, in princ. & ibi Phillip. in. lii. no. de offic. leg. in. vi. Quibus adde Collect. in. c. dilectus, lo. i. ca. vers. quid in executore, de praeb.

Tract. Reservatiōn.

¶ Quadragesimus nonus effectus.

Si fuerit Reservatum beneficium tale pertinens ad collationem Episcopi Perusini comprehendit illud etiam si in tali collatione requireretur consensus capituli sui, vide remissiones quas dedit supra in. l. iii. q. prin. vers. beneficia, in quibus gratias in si. Secus si collatio spectaret ad utrumque ut ibi dixi in prin.

¶ Quinquagesimus effectus.

1. Oportens scienter beneficium reservatum ipso priuatur nec potest redire ad primuni.

Siquis + Scienter optauit virtute consuetudinis de optando beneficium reservatum non solum illud non obtinebit, ut dixi latissime supra in. v. effect. Immo non poterit ulterius reuerti ad illud dimissum text. est quasi in terminis in. c. si beneficia de præb. in. vi. quæ dixit singularem R. O. in cōsi. cccxxix. præfatus & c. i. col. Pro hoc facit quod voluit Cald. in consil. vi. an si consuetudo, in tit. de consue. qui consuluit, quod si canonicus qui optauit præb. super qua sibi postea mouatur l. si ille male optauit per ignorantiam iuris vel facti non excusabilem siue non probabilem sibi imputet, poterit tamen ut arbitror ne ille canonicus remaneat siue præben. sibi prouideri de primo vacatura, per ea quæ ponit And. Sic. in. c. eam te. viii. col. in. si. de rescrip. vel habebit quæ remanebit inoptata, secundum Felde. de sen. in tract. permut. in. xxviii. q.

¶ Quinquagesimus primus effectus.

Gratia Concessa alicui ut possit conferre reservata præter illa quæ vacant in curia extendit etiam ad deuoluta Rot. in ant. ccd. no. quod ubi episcopus. ¶ Effectus autem supra enumeratos reputo esse magis substantiales & importantes plures supra ipsos inueniet studiosus & diligentior inuestigator. ultra prædicta vide in alio exemplari plures & longe plures quos ad partem addidi.

¶ Quinta Quæstio principalis.

1. Reservatio an expiret per collationem subsecutam factam a referuante.



Quinto Principaliter, quæro quomodo extingatur papalis reservatio. Istam materiam expediam per infra scriptas quæstiones, in quibus ponam multos casus dubitabiles in hoc licet aliqui terminabuntur in parte negatiua. + Primo quæro Papa contulit beneficium reservatum alicui an per tale collationem sit extincta reservatio intantum ut illius dispositio & ordinatio si vacare contigerit reuertat ad ordinatum Rota, quod sic in no. clxxx. beneficia collectorum, & in eisdem. ccvii. licet

Ille iuxta Rot. in ant. cclxxxiii. no. q. vbi papa prouidet idem. Laf. alleg. cxxvii. Anastasius pen. col. ver. ad quintam, cum seq. ¶ Limita quinque modis. i. & ii. vt in duabus. q. seq. iiii. nisi de colla. papæ ostenderetur sola supplicatio signata de quo dicitur, vt dixi supra in præced. q. prin. in. xxvii. effec. lili. nisi in reserua. esset præfixum tempus puta reseruamus tale beneficium dispositioni nostræ per. x. annos super quo vide exemplum in extrauag. Sixti. iiii. ad vniuersalis. §. volumus autem vel quâdiu ecclesiæ vniuersali præsidemus, nam durâtib. x. annis, vel durante vltâ papæ non expirat reseruatio Io. Cal. in vna addi. quam ficit ad. x. conf. Gal. de Cal. an reseruatio de præben. ver. aut nõ apparet quito nisi papa in reseruatione apposuerit causam quia illa durante durat reseruatio vt in .d. addi. ver. si autem tempus & temporis aut causa cessantibus cessat reseruatio & decret. Gemi. in conf. xciii. Clemens. vii. ver. præterea ista pone exemplum de causa forte quia papa in reseruatione dixit quia est principalis dignitas in illo loco vnde cessante causa prædicta forte quia est et cetera alia dignitas principaliter cessat reseruatio, vt est dictum. Item limitari potest alio modo qui colligitur ex his quæ dixi supra in præced. q. in. lxxv. effec. & istis casibus quando papa ad certum tempus vel ex certa causa reseruat uauit forte nõ habet locum extrauag. Pau. ii. ad Ro. pontificis.

- 1 Reseruatium beneficium si conferatur familiari papæ, an expiret reseruatio prima & nascatur noua vel remaneat prima.
- 2 Mortuo illo cui beneficium reseruatium erat collatum anteq̄ acceptaret, an reseruatio expiret, & quid si acceptauerat, sed non apprehenderat possessionem vide, nu. 3.
- 4 Collationis vim habet inductio in possessionem.
- 5 Commenda an faciat expirare reseruationem.
- 6 Reseruatio an expiret morte reseruanti. & nu. xix.
- 8 Papa si renunciât papatui vel deponatur, an expirent reseruationes factæ per ipsum & nu. ix.
- 10 Reseruatio an expiret per reuocationem gratiarum factarum a prædecessore.
- 11 Mortuo papa an reseruationes inductæ per regulas Cancellariæ expirent.
- 12 Reseruatiuus si renunciat beneficio in sui fauorem reseruato expresse vel tacite, vt puta per affectationem incompatibilis an expiret reseruatio, & nu. 13. & nu. 17.
- 14 Executoris negligentia an noceat vel nocere possit reseruatiuo.
- 15 Vnio an faciat expirare reseruationem, & numero. 20.
- 16 Morte reseruatiui an expiret reseruatio.
- 18 Reseruatio superioris an expiret per reseruationem inferioris.
- 21 Beneficio certo reseruato non expresse vacationis modo an censetur reseruatium si vacauit per resignationem.
- 22 Reseruatio generalis an expiret per specialem superuenientem.

Secundo + Q. uero quid si papa conferat vni beneficium reseruatium & ille cui contulit erat suus familiaris vel aliter officialis, an per talem collationem expirat reseruatio.

- Gemi. q non in consil. xxx. Bonifacius. ix. versu. & ad hoc respondet, Gas. de Gald. in. d. consil. x. Sed proprius est dicere q incipit noua reseruatō ex persona illius cui papa contulit. ¶ Tercio quæro papa contulit beneficium reseruatū vni absentī & iste priusq̄ haberet noticiā mortuus est, an sit extincta reseruatō, Gasp. in isto tract. in. iii. q. fol. xvi. tenet q non allegat certas rem s. inter quas alleg. Oldr. in consil. clxxxii. sed est allegatio corrupta, & vult dicere in consil. lviij. papa reseruat cuius sit omnes rationes adductæ per. d. Gasp. quibus adde Io. an. in Spec. in. ii. parte in. i. tit. §. per. in vlti. addi. qui idem cōcludit cum quo concordat Geml. in. c. ii. in fi. de præb. in. vi. Idem voluit Collect. in. c. ecclesia. iij. col. ver. sed quid papa tibi absentī, extra de sot. tit. vide pro & contra Rot. in ant. q. de clxxxii. No. q vbi gratia est facta versu. secundā. ¶ Quarto quæro. Ille cui papa contulit beneficium reseruatū mortuus est antequam apprehenderit possessionem talis beneficii, an expirauerit reseruatō, Io. an. format istam. q. In loco præallegato qui in effectu cōcludit. q sic, Idem Geml. vbi supra de quo est decis. Rot. in ant. clxxxii. no. q vbi papa. ¶ Quinto quæro quid si papa non conferat sed mandauit certis executoribus, vt ponerent scriptum in possessionem talis beneficii reseruatī, an per istū actum sit extincta reseruatō. Dico q sic, quia inductio in possessionē habet vim collationis, Rot. in no. cccclij. fuit dubitatum, Eg. id. cccxv. fuit dubitatum, Rom. in consil. cccxxvij. quoad primum, in princ. ¶ Sexto quæro, papa commendauit beneficium reseruatū: an per talem commēditā expiret reseruatō. Distinguo, vt dixi supra in. iij. q. prin. ver. beneficia commēdata. & vltra decis. quas ibi allegauī, vide glo. in concilio Basileæ, in tit. de elect. & reser. in prin. super visus causa. in fi. quæ est in prag. fol. xlv. Roma. vero super hoc casu visus est aliter loqui in consil. ccc. in casu præpositæ consultationis. li. col. ver. Ex prædictis inferri potest. Sed dicta sunt, & dicta Ro. quam ibi allegat, & quam non reperio in meis, loquatur in commenda temporali. ¶ Septimo quæro, an reseruatō expiret morte reseruantis. Respondeo q non expirat respectu successoris, quia beneficia semel reseruatā, semper remanent reseruatā, ex dicta extrauag. Pau. ii. ad Ro. pōtificis. tit. de præb. cum his quæ adduxi in præced. q. prin. in. xvi. c. fec. quibus adde. lx. reg. Cancel. Item declarauit & c. Et nisi emanasset d. extrauag. posset contrarium intentari, secundum Collect. c. vii. ver. Sed quid si papa, extra de cōces. præb. Sed respectu ipsius reseruatī, dico q si gratia sua viuente papa, est in aliquo sortita effectum. puta quia est creatus in Canonicum a papa, & mandauit sibi prouideri de prima vacatura iuxta. c. si postq̄ de præb. in. vi. In quo mandato iunct reseruatō, vt dixi supra in. iij. prælu. & no. doct. in. c. si. de consue. in. vi. tui casu morte papæ non expirat reseruatō, etiam respectu ipsius reseruatī, iuxta itēm q̄ executores tenentur ipsi reseruatū recepto in canonicum prouidere de præbenda post mortem papæ vacante. per. c. si super gratia, de offi. deleg. eo. li. vbi hoc declarat Phil. Super glo. ii. quem vide omnino pro declaratione huius. q. Et prædictum exemplum potuit glo. in concilio Basileæ. in tit. de collatio. §. ii. quia de ipso decreto in ver. mandatum. quæ est in prag. fo. c. Idem Pet. de

Anch. in. c. presentis, in fi. prin. de offi. leg. eo. lib. & videbis super hoc optimam remissionem, quā dabo statim in. x. q. huius partis. Idem est dicendum si papa referuet certum beneficium tunc vacans. datis executoribus ut conferant pura Titulo, quo casu si priusq̄ executoris cōferant, papa moriatur, non extinguitur reseruatō. Ro. in uo. cccxiix. Si papa mandet alicui. Ratio potest esse quia cum beneficium tempore reseruatōis vacaret, est acquisitum ius ipsi reseruatōi ad illud, & sic gratia cōcepti sortiri effectum viuo papa. Maxime, quia satis dicitur papa prouidere de beneficio vacanti, si mandauerit illud conferri secundum doctrinam apostolicam. de prae. in. vi. & D. Gasp. in isto trac. in. vi. q. fol. xvii. Et vide super hoc Fedc. de sen. qui Idem vult & loquens de Papa in conf. cccxvii. legatus concessit, vlt. col. per totam. Idem crederem si papa moriatur post vacationem beneficii reseruatū, licet ante prouisionem, per eandem rationem. Prædicta non procederent si papa fecisset gratiam certi vel incerti beneficii vacaturi secundum Rotam prædictam, quia isto casu omni respectu res est integra, & ita loquitur tex. in. c. si cui. §. si. de prae. eo. lib. Ita intelligo istum casum, licet non reperiam penes alium ita distinctum. & adde glo. in ver. finitur ad fi. in. c. presentis, de offi. leg. in. vi. Glo. tamen in Concilio Basileæ in tit. de elect. & refer. in prin. super vers. causas in prin. aliter distinxit, quæ est in prag. fo. xiv. fallit hoc in casu de quo dicā in. xx. q. presentis. q. prin. vbi etiam respectu reseruatōis durat reseruatō post mortem papæ reintegra. Sed qd si successor reuocaret gratias prædecessoris an esset præiudicatum reseruatōi in casibus prædictis dicam statim in. x. q. ¶ Octauo quæro, quid si Papa nō moriatur. Sed renuntiet papatui ut fecit Coelestinus. v. de quo dicit Poeta Florentinus.

Poscia che n'hebbi alcun riconosciuto,

Vidi & cognobbi l'ombra di colui

Che fece per viltà lo gran rifiuto.

Au isto casu procedant dicta in præced. q. Credo q̄ sic, quia mors & renuntiatio papatus æquiparant. glo. vult in. c. si cui de prae. in. vi. & no. in. c. i. in ver. prædecessor. de renū. eo. lib. ¶ Nonno quæro, qd in Papa deposito, put fuit Balthasar Colla. lo. xxiii. Pet. de Luna. Benedictus. xiiii. in eorū obedientis nūcupati, in Concilio Costant. an post eius depositionē expiret reseruatō. Ista quæstio multum differt a prædictis duabus, quia priuatus sine depositus, est plusq̄ mortuus, & renūtiās. In qua ita mihi videt dicē. Quando papa est depositus, & tunc quā nō potest secundū magis approbatā opi. deponi nisi quia hæreticus, put fuerit depositi prædicti duo, ut patet in sententiis cōtra eos latis, oēs eius regulæ, ordinationes, & constitutiones sunt dānatæ & reuocatae e. fraternitatis, extra de hære. & p consequens reseruationes factæ p ipsum, ita consuluit Cemi. in conf. xciii. Clemens. vii. qui pprse loquit in reseruationibus factis per Petrum de Luna prædictum, qui prout dicit prædictus doct. fuit depositus in Concilio Pisano. Sed ego habeo eius in priuationem in Concilio Constantien. in Sess. xxxi. quæ incipit de vultu eius hoc iudicium prodeat &c. Credo bene q̄ si reseruatō est sortita effectum in totum vel in partem, q̄ non extinguitur

Tract. Reseruation.

- tur in præiudicium reseruatium, qui habuit ius ante priuationem. propter dictum Inno. in. c. nihil est. i. col. ver. Sed pone q̄ isti, extra de elect. Et prædicta intelligo vera, quando papa priuatus in nulla parte mundi habet obedientiam. Sed si habebat obedientiam, prout habebat Eugē. iiii. licet fuerit in Concilio Basileæ priuatus, tunc nõ dubito q̄ eius reseruationes, in loco in quo toleratur, non extinguantur. per ea quæ posuit Gemi. in consi. viii. quidam Car. in prin. iunctis plenè traditis in. l. barbarius ff. de offi. præto. & D. Ant. in proce. de cre. iii. ver. Sed nunquid vitiat instrumentum. Ibi sed in terris antl papæ.
- 10 **¶** Declino quæro, si papa reuocet omnes gratias factas per prædecessorem suum, prout fecit Bonifa. viii. & alii secuti sunt, an sit extincta reseruatio alteri facta, Dico q̄ si reseruatio est sortita effectum, licet non totalem, q̄ non extinguatur. Pone exemplum, vt per Tho. Fassioli in dubiis Rotæ causa. xxiii. in. i. & ii. dubio. Credo bene q̄ in casibus positis supra in. vii. q. præiudicaretur in totum ipsi reseruatiuo, quia non est acquisitum ius in re in aliquo illorum. c. si is cui, in prin. de præb. in. vi.
- 11 **¶** Undecimo quæro, reseruatio inducta per regulas Cancell. quæ cum morte papæ conditoris expirant, vt de di. remissionem in præced. q. prin. in. xvi. & xliiii. effect. an etiã ipsa extingatur. Dico q̄ nõ, per rationes quas dixi in. d. xvii. esse. Et scias q̄ reseruationes generales, prout ista, inducta per regulam Cancell. vt dixi supra in. ii. q. prin. ver. generalis vero. in. iiii. casu, & speciales factæ de certo beneficio secundum primum & secundum modum quos ibidem posui nunquam expirant per mortem papæ, vt in sæpe allegata extrauag. Pau. ii. quæ principaliter emanauit ad declarandum hoc, vt patet in eius prin. per aliam tamen causam posuit dictæ reseruationes expirare, vt patet in discursu præsentis. q. prin.
- 12 **¶** Duodecimo quæro, papa reseruaui certum beneficium pro Titio Titius expresse renunciauit gratiæ, prout potest quisq̄ fauori suo renũciare tex. vulgaris in. l. si quis in conscribendo. C. de pac. an illud beneficiũ remaneat reseruatum, an vero liberum, vt de illo possit ordinarius disponere, crederem non extinguatur per renunciationem reseruatui, sed remanere effectum, per dictam extrauag. Pau. ii. ibi vt si licet apost. & c. ex aliqua causa debitum non sortiantur effectum & c. vt dicam est
- 13 statim in seq. & xviii. q. **¶** Tertio decimo quæro quidam reseruatiuus, pendente reseruatione pro se facta de certo beneficio curato, assecutus est aliud simile, quod esset incompatible cum reseruatuo, an illud reseruatuum, cui est tacite renuntiatum ex dispositione de gratiæ, de rescrip. possit per ordinarium conferri, tanquam ulterius nam reseruatuum. Ita est. q. D. Gasp. in isto trad. in. iiii. q. fol. xvi. vbi distinguit, q̄ aut est facta reseruatio proprio Motu, aut ad instantiam, vt primo casu duret reseruatio, secundo no. ego dico prout dixi in. q. præced.
- 14 **¶** Quartodecimo quæro an ex negligentia executoris nolentis cõferre beneficium reseruatuum possit generari aliquod præiudicium ipsi reseruatiuo, distingue duos casus, aut non superuenit aliqua reuocatoria gratiarum, & isto casu nullum præiudicium potest generari, quia ipsi executori non est præfixum aliquod tempus ad conferendum, secundum doct. maxime Phil. de Perus. in. c. statutum. iii. col. de præb. in. vi. &

- in. vi. & Cal. conf. xxxii. an sicut impetrans in si. in tit. de præb. Ro. in no. cxxii. secundum omnes ad si. Fed. in tract. permut. in. xxix. q. & inul lus alius inferior prætextu dictæ tarditatis aut negligentie possit cõ ferre. super hoc tamen vide Collect. in. c. ii. ver. quid si expectans, extra de consec. præb. ubi videtur velle q̄ debeat reservatiuus infra certum tempus facere sibi providere. Aut superuenit reuocatoria gratiarum & tunc præiudicaretur ipsi reservatiuo, postquam non fuit sibi prouid sum de tali beneficio, Ro. in ant. dxcvii. dic q̄ reuocatoria pro quo vide glo. in. c. præfenti, in prin. in ver. ad collationem de offi. leg. in vi. ¶ Est bene verum, q̄ Greg. xi. fecit vnam declarationem q̄ reuoca toria prædicta non præiudicaret si facta fuisset diligentia per expe ctantes, vt eis prouideretur per executores, quæ declaratio fuit tem poralis, vt potes videre in Rota prædicta. Nec prædictis obstat Ro. I ant. dxiili. No. q̄ ubi non stetit & in eisdem. cccxv. No. si impetrans ubi negligentia executoris non nocet impetranti, quia ibi nulla su peruenit reuocatoria gratiarum, sed solum queritur an pauper possit acceptare anteq̄ eius gratia purificetur si per eum non stetit quomol nus purificetur. ¶ + Q̄ vntodecimo quero, an expiret reservatio in præiudicium reservatiui si beneficium reservatum fuit cū altero vni tum vel aliter extinctum, dic vt dixi in præced. q. pi. in. in. xxiii. effec. & seq. Sed quia ibi dicta habent locum quando visio fit per inferior rem, hic est videndū qd si fieret a Papa, dic vt dicta statim in. xxi. q. ¶ Sextodecimo quero, an finita familiaritate vel officio vlgore quo rum erunt reservata beneficia expiret reservatio. Dic vt dixi in. d. q. prin. in. xvii. & xxxii. effec. ¶ + Decimoseptimo quero an per inua liditatem reservationis, vel eius caducitatem, forte quia reservatiuus est mortuus, aut alias effectus inhabilis ad beneficia obtinenda extin guatur reservatio. Dic vt per omnia dixi ibidem in. xvi. effec. ¶ + De cimo octavo quero, quid si reservatiuus renuntiet gratiæ suæ, an re conuati detur collatio facta de beneficio reservato per ordinarium, Gasp. q̄ non in isto tract. in. viii. q. fol. xvii. & seq. quod sine dubio est verum quia renuntatio reservatiui, non facit desinere beneficium re manere reservatum, vt dixi supra in. xli. q. huius vlt. q. prin. ¶ + De dmonono quero quidam virtute specialis facultatis sibi per papam concessit reservauit beneficia quæ erant etiam per papam reservata, an per hoc expiret papalis reservatio. Collige responsonem ex his quæ late dixi in. q. præce. prin. in. vi. effec. ¶ + Vigesimo quero papa refer uauit sibi beneficia quæ sperantur vacare per munus consecrationis ali cuius promoti vel per contractum matrimonii vel per allectionem alterius incompatibilis vel per professionem emittendam de quibus mandauit prouideri alitui & super hoc fuerunt expeditæ literæ in Cancell. apostolica si priusq̄ talia beneficia vacent aliquo ex prædictis modis papa moriatur an respectu reservatiui sit extincta reservatio. Dico q̄ nō, vt est expressum in. x. reg. Cancell. incip. Itē reuocauit quas cunq. iuncto intellectu glo. ibi in. si. q̄ refert ita respondisse sibi Nico. de castello, qui fuit cõditor illarū regularū, q̄ est mirabile, vt respec tu reservatiui duret reservatio post mortem papæ re integra, cuius cõ trariū est regulariter, vt dixi supra in. vii. q. præfentis. q. prin. ¶ + Vi.

Trac. Reseruatiō.

- gesimo primo quæro papa vniuerſi bñficiū reſeruatum, an per iſtam vniōnem ſit extincta reſeruatio. Credo q̄ per vniōnē perpetuam ſit extincta reſeruatio. Si vero vniō fuit facta ad vitam prælati tm̄, tunc eſt diſcrepantia inter Cancell. apoſt. & Rotā. Nam Cancell. tenet eſſe extinctam, & ſic vacare beneficiū per diſſolutionem vniōnis, Rota vero tenet contrarium, videlicet, q̄ duret illa prima vacatio, vnde ſi erat reſeruatum q̄n fuit vniūm remanet ēt reſeruatum ex illa vacatione q̄n dicta vniō eſt diſſoluta. Mihi magis placet opi. Ro. quæ cōprobat̄ur ex multis quæ ponit Pet. de peruf. in trac. de reuo. vii. in .vii. c. vbi vide omnino. ¶ + XXII. quæro papa reſeruauit collationi ſuę bñficiū Titii nō expreſſo aliquo modo vacadū. Cōtingit q̄ Titius reſignauit illud bñficiū in manibus papæ de quo fuit prouiſum mihi tanquā de vacā. per reſig. an ſit extincta prædicta reſeruatio. Dicat q̄ nō, vnde ſi al. uſ illud impetrauerit tanquam reſerua. obtinebit ſecundum Col. in. c. i. in. viii. col. ver. ſed quid de. q. alia facti, extra de reg. iur. Eſt be. verum q̄ ſi papa reſeruauit in meum fauorem certum bñficiū Titii extra Cu. exñtis dato certo executore. & ille Titius reſignauerit in cu. illud beneficiū, vel alias in Cu. vacauerit, tunc eſt extincta illa prima reſerua. per iſtam ſuperuenien. in Cu. pp quam Impedit ille executor prouidere mihi. ſ. reſeruatiuo. Ita Colle ibi. col. ſeq. ver. ſed ecce papa. ſed ſi non fuiſſet datus executor eſſet idē q̄ in caſu ſuperiori de quo aliquid dixi ſupra in. xxii. ef. poſt prin. ¶ + XXIII. quæro papa reſeruauit collationi ſuę beneficia vacantia in Dioc. Per ru. tractu temporis eadē reſeruat ad duos annos an prima reſerua. generalis ſit extincta per iſtā ſuperuenientē, nō deſuerunt q̄ dixerint q̄ non iſta ſecunda veſit cumulatiue. Tamen Colle. tenet contrarium in. c. dilect. vit. col. ver. ſed quid de. q. facti ext. de ſbē. quod magis placet. ¶ + XXIII. quæro an reſer. ſpālīs expiret ſi papa prouidet de tali beneficio alteri q̄ reſeruatiuo pone. nō obſtantias generales. D. c. vt dixi ſupra in. lii. eſſe. in ſi. & in remiſſione quā ibi dedi.

SECUNDA PARS.

¶ De reſeruatiōe Legati de Latere.



Nunc videndum Reſer. de reſeruatiōe Legati de Latere In qua compendioſiore ſtylo vtar, q̄ fecerim in parte præced. ſeruando illum ordinem quem ibi ſeruaui. ¶ Sed quia aliqua ſunt tractanda q̄ non poſſunt bene adaptari quōnibus quas infra ſorabō, ideo tanquā præludia quædam ponam in liſto prin.

¶ Primum Prælidium.

- 1 Legatus de Latere concurret cum ordinario prouinciæ ſibi ſubiectæ.
- 2 Legatus de Latere an concurret cum perſona quæ de ſpeciali facultate poteſt conferre beneficia certi loci cum diſtin. & nu. 3.
- 3 **Legatus** + De Latere & non alii legati, vt dicam in. l. q. prin. concurret tanquā ſuperior cum omni ordinario ſuę prouinciæ in collatione beneficiorum gl. vlt. in. c. i. de off.

leg. li. vi. Abb. in. c. i. li. not. & ibi And. Sic. in. lili. extra eo. tit. Spe. licet non loquatur in collatione beneficiorum expresse tñ dicit de iurisdictione in. l. parte tit. li. §. nunc ostendendum, vlt. char. ver. legatus legitur, & dicam infra in. viii. q. iiii. q. prin. etiam si habens ius conferendi. sit alterius provincie dum tamē beneficium sit in provincia sibi directa vt praeclare consuluit Ro. in consil. cccxi. in casu propositae consilia. Recipit tamen hoc vnam restrictionem, nam si Papa concederet facultatem alicui personae sibi gratæ, vt posset cōferre beneficia in eorū loco provincie ipsius legati, de quo pone factum, vt per Lap. alleg. lxxxi. domnus Papa, & dixi in parte præced. in. lili. q. prin. in. vi. effect. Ito casu legatus non concurreret cum tali in collatione beneficiorum illius loci. D. Abb. in. c. dilectus, in vltimis verbis, quem recitat simpliciter Ibi And. Sic. per. col. in prin. de offi. leg. ad q̄ conferūt dicta per Ro. in consil. cccxi. præfens consideratio. li. col. ver. sed ad uertē. & per consequens nō posset referuare per id q̄ dicam in seq. pl.

- 3 ¶ Limita istā restrictionem singulariter, nisi ille qui ex priuilegio posset conferre &c. haberet ex priuilegio perpetuo. Exemplum, Papa concessit vt Archiepiscopus Petrus, q̄ pro tempore erit, possit conferre omnia beneficia sita in territorio Cordani, nā cum tali concurrat legatus in illis partibus Ito modo intelligo Ro. in. d. cōsi. cccxi. in si. & de tali habente perpetuum priuilegium, vide Ro. in antiq. de præb. xvi. vtrum si sit concessa, Reperi postmodum Villadiego qui in suo aureo tract. de leg. in. ix. q. i. partis in. ix. col. ver. vltimus quæro tenere iudiciū, q̄ legatus concurrat cum quolibet collatore, etiam habente speciale priuilegium conferendi, posset dici, q̄ si papa dederit hanc facultatem alicui postq̄ Legatus est creatus, q̄ tunc legatus nō concurrat scus si ante esset opus videre facultates vtriusq̄.

¶ Secundum Prælium.

1 Referuare non potest qui non potest conferre.

2 **Qui non** potest conferre non potest referuare, gl. in ver. suæ legationis in. c. præfenti, in prin. de offi. leg. i. vi. & per hoc infert. D. Casp. in isto tract. ver. sequitur modo videre de legato, in prin. q̄ ideo alii legati non referuant quia non cōferunt. Cæue quia si hoc esset simpliciter verum non venient in referuationem legati beneficia de quibus loquitur tex. in. c. pe. d. tit. & lib. quando eorum collatio esset deuoluta ad papam cuius contrarium tenebo infra in. vii. q. iiii. q. prin. vide dico q̄ qui non potest conferre cōcurrēdo vt superior cum ordinario non potest etiam referuare, sed qui potest conferre tanquam deuolutum & sic alio iure quam ordinarius potest etiam referuare, istud dictum non est verum, quia licet Legatus possit conferre deuoluta ad Papam, vt dicit glo. in ver. siue ad vos, in cle. si de beneficio, de præb. tamen nō potest illa referuare, q̄ ille referuat qui cōcurrat tanq̄ superior vt dicam in seq. præli. Præterea referuatio est inducta ad impediendum alios inferiores hie in beneficio referuato se inuicem intant, vt colligitur ex dictis in parte præceden. in. lili. q. prin. in. l. effect. sed absurdum esset dicere, q̄ legatus

Trac. Reservatiōn.

reservando deuoluta, velt, aut possit impedire papam ad quem erat facta deuolutio, alium vero non possit impedire, quia alter nō se impedit de talibus, nec dicas q̄ impediret executores apostolicum qui expectantibus potest de talibus prouidere, vt dicit glo. prædicta quia dico q̄ tales finguntur auctoritate apostolica conferendo deuoluta legatus vero vtitur sua potestate & hoc est verius vide dicta in. d. vii. q. & præced. loquuntur q̄ talia beneficia deuoluta includuntur in reservatione legati non tamen dicitur in ea q̄ legatus possit talia reservare & propterea verum est q̄ dicitur in prin. huius præludii qui nō potest conferre non potest reservare.

¶ Tertium Præludium.

Reservare non semper potest qui potest conferre, & qui possint.

Qui + Potest conferre potest reservare, hoc sumitur ex mente. d. glo. alleg. in prin. præced. prælu. q̄ non est ita insipide intelligendum, quia Archiepiscopus Cantuariensis potest conferre beneficia in Archiepiscopatu suo, iuxta not. in. c. transmissam, extra de elec. tamen non potest reservare. c. i. de offi. leg. in. vi. vnde intelligas qui potest conferre ratione superioritatis concurrendo cum alio potest reservare. Ideo dixi ratione superioritatis, quia episcopus concurrat cum papa in colla. beneficiorum, vt habetur in. c. si a sede, de præb. in. vi. & tamen non potest reservare quia reservatio est inducta ad impediendum vt est dictum in præced. prælu. q̄ non potest episcopus tanquam inferior facere. ¶ Ideo dixi concurrendo, vt excludam illos qui veniunt, supplendo negligentiam aliorum, de quibus in. d. clem. si de beneficio, de præb. in quos non cadit reservatio beneficii deuoluti respectu inferiorum, non quia sunt propter negligentiam pro illavice priuata respectu superiorum, minime per ea quæ dicta sunt in præced. prælu. ver. præterea. Si vero & supplendo & concurrendo simul tunc bene possit reservare, vt dicam infra in. vii. q. liii. q. prin. Itē vt excludantur illos qui veniunt cumulatiue, vt in. c. cum in illis, in fi. & in. c. ult. de præb. in. vi.

¶ Quartum Præludium.

Legatus de latere duobus modis potest reservare.

Potest + Duobus modis reservare Legatus de latere. ¶ Primo modo reservando certum beneficium illud nominando, vt in. c. presenti. §. ceterū, de offi. leg. in. vi. vel illud aliter nō nominando, sed primū vacaturū in tali ecclesia prout colligitur ex forma reservationis, quā possit spec. in. d. tit. §. nūc tractemus, ver. reservatio autē, & utroq; istorum casuum dicitur facta reservatio ad certum beneficium, super quo vide remiss. quas dedi in parte præce. in. ii. q. prin. ver. primo modo. ¶ Secundo modo potest Legatus reservare sub ista forma, reservamus collationis nostræ primum beneficium, q̄ talis duxerit acceptā. secundū Pet. de Anch. Gem. & Phil. in. c. si eū, de præb. in. vi. qui referunt hoc voluisse Lap. & Io. de Ligu. quia in effectu in tali reservatione nō comprehenditur nisi vnum beneficium

& vnica reseruatō, & cum Lapo residet D. Gasp. in tract. isto ver. se,
 quitur modo circa prin. quibus adde Fede. de Sen. in consil. lxx. infra
 scripta quæstiones non sunt leues, ver. ad id q̄ secundo, in fi. & Villa
 diego in tract. de leg. in ix. q. j. partis in. xx. col. ver. sed quæro iuxta.
 Adde hic aliam tenuiss. in alio exemplari.

Quintum Præludium.

Cardinales & Papa sunt vnum corpus.
 Cardinalis verbo itatur afferentis se legatum.

Cum sit + D. Card. faciunt vnum corpus cum Papa, vt di
 cit Car. Flo. in de. it. in. il. no. de celebr. mil. & ideo
 dicuntur de eisdem latere, vt in. c. decreto. & in. c. si quis rēus. it. q. v. iia
 quibus decretis debuit habere originem stylus Ro. Cu. q̄ vocat Car.
 missos legatos de latere pro quo est optimus text. iuris ciuilis in l. vni
 ca. C. de præpos. labodi. kil. R. iro est q̄ extra Cu. exant sine aliqua
 legatione, vt simpliciter dicit D. Gasp. in isto tract. ver. quæ autē be
 neficia sol. xx. Ideo præsumendum est eos esse tales, prout se afferunt,
 secundum Pet. de Anch. in de. vii. it. col. de proba. quod intelligē.
 ea de his quæ virtute legationis facere possunt alias leuis, vt ibidem
 dicit Pet. de Anch. & Co. An. in. c. l. de offi. leg. in. vi. p̄ior ibi refert
 Phil. ver. dixit tamen hæc. + Et quod in sero q̄ si ostendat hanc tale be
 neficium q̄ dicitur reserualle legatus fuerit q̄ legatus reserualit, q̄
 præsumitur talem Car. reserualtem fuisse legatum, cum reseruare pos
 sit legatus virtute suæ legationis. c. præsent. d. tit. de offi. leg. q̄ videt
 firmare Phil. de Perus. in. c. si eum. in. or. de præb. cō. lib.

Sextum Præludium.

Reseruatō legati de latere non datur ad rem.

Legatus licet non possit reseruare, vt est dictum, tamen
 per talem reseruacionem nullum solum acquirat
 ipsi reseruatō, secundum. d. Abb. in. c. dilectus. in. il. nor. extra de
 præb. nec in re nec ad rem secundum Villadiego in. d. ix. q. col. xxii.
 ver. nota. dunt tamen est hinc, q̄ postquam beneficium a se reserua
 tum vacauerit potest alteri quam reseruatō conferri, de quo dicitur
 infra in. v. q. vi. q. p̄. n. possit q̄ legatus reseruacione ipsam reuocare
 vt dicit. d. Gasp. in isto tract. fol. xx. circa medium, a leg. glo. sed cor
 rupte & vult allegatē glo. super ver. præcedent. in. c. præsent. .s. l. de
 offi. leg. lib. vi. de quo dicit vt egregie ibi. Phil. & valida est collatio pa
 pæ de cali etiam non facta mentione de reseruacione legati, per. c. qua
 u. s. il. in. fi. & c. dudum, de præb. in. vi. Est bene verum q̄ per reserua
 tionem legati afficitur beneficium respectu inferiorum, secundum An
 th. in. c. hi qui auctoritate, in. il. nor. & Gem. ibi ver. quæro de ra
 tione & Phil. super. il. glo. de præb. lib. vi. ad q̄ collatio facta con
 tra inhibitionem Legati per ipsos est nulla, glo. magna, in. c. si soli. in.
 col. ver. si verò vult de con. præb. in. vi.

Prima Quæstio principalis.

- 1 Legati omnes an possint reservare & qui dicantur de latere.
- 2 Cardinalis Vicarius an possit reservare & conferre.

R

Primo Principaliter quero quomodo diffinitur reservatio legati de latere. Respon. illo modo quo diffinitur Papalis reservatio cuius diffinitionem posui in parte præced. in. i. q. prin. Sed dum ibi dicitur est alicuius beneficii & stat proprie in numero singulari per ea que dicta sunt supra in illi. p. l. l. d. Et dum in diffinitione prædicta ponitur verbum beneficii non comprehendit illis dignitates de quibus in. c. de deliberatione, de offi. leg. in. vi. siue illarum, sed id pertinet ad capitula, ut ibi dicitur, & declarabo in. li. q. prin. in ver. ecclesias cathedralis, cum duobus seq. siue sint de voluta ad inferiores a papa, sicut si devolvantur ad papam, ut dicta infra in. vii. q. liii. q. prin. C. Successive ponitur per habentem potestatem, pro huius declaratione quero, quia sunt plures species legatorum, ut pumerat Spe. in. i. parte tit. li. 6. sequitur, ut dicit per totum, & Villadiego in trac. de legat. in. iii. q. i. 4. art. 5. An omnes illi possint reservare. Respondeo q. non. Sed illi soli qui sunt legati de latere, c. præsent. iuncta glo. i. in fi. de offi. leg. in. vi. Et isti destylo sunt soli Cardinales, secundum Spe. in. d. 6. sequitur. in prin. Nec alius legatus extra cardinalem vocatur de latere, ut dicunt D. Abb. & An. sic in. 4. i. super glo. ult. extra eo si. & Villadiego in prædicto loco. Dicitur ergo de latere, quia ipsi soli assistunt lateri papæ in explicatione arduorum, & per hoc quando mittuntur dicitur mitti a latere Papæ, secundum doct. Et de his intelligens beatus Bernardus cuius hodie fecimus celebramus scribit ad Eug. III. Non dicere solum volentem latera, prout refert glo. in Conci. Basilee in tit. de nu. & quali. Card. in prin. in ver. collaterales que est in prag. fo. cxvi. Et ex his conferunt dicta supra prox. in. v. prælud. C. Possit etiam alii extra cardinales legatos reservare ex speciali facultate a papa concessa, secundum Lap. qui ponit factum in alleg. lxxiii. dominus papa. Et de talibus latissime dixi in parte præced. liii. q. prin. in. vi. effectu. C. Idem est dicendum in gubernatoribus provinciarum cum facultate legati de latere. Secundum Phil. de decur. cons. c. lxx. in causi iurisdictionatus in fi. Et dicit Villadiego in d. parte in. ix. q. i. col. q. istam opi. tenet Rota, & q. ipse vidit ibidem ita iudicare, & propterea esset difficile in iudicio obtinere contrarium, sed de rigore iuris dicit posse tamen contra. Et hanc facultatem habuit Ruert. D. meus. D. Orlandus Archiepi. Avinion. tempore Sar. III. Julii. ii. in provincia Romandiolæ & Exarcatu Ravennæ, cui commiserat summam negotiorum tunc tumultuantis Italix. C. + Sed quid dices de Cardinali Vicario, pro ut fuit Egidius Hispanus Cardinalis & Et scopus Sabinus in Italia tempore Inno. vi. Avinionie commorantis. An talis possit conferre beneficia. Repono Bal. in. l. aliquando in. xiii. q. ii. de offi. proton. qui

dicit q non licet si esse legatus possit, mouet per. c. vii. de offi. vic. In vi. contrarium tenet expresse And. Sicu. In rub. extra de offi. leg. in. ii. ebl. qui licet super hoc multum insistat tamen eius dicta possunt reduci ad vnam rationem, quae est talis, licet vicarius simplex non possit conferre beneficia, vt dicit Bal. vbi supra tamen si additur qualitas Cardinalatus poterit conferre. Allegat simile, licet legatus non possint conferre, tamen si erunt cardinales poterunt conferre, vt in. c. i. de offi. leg. In. vi. Mibi magis placet dictum Bal. quod sequitur lo. Fran. pa. ui. In tra. de potest. capi. sed de vacan. ad fi. fol. lvi. licet ipse loquat de Vicario Verbis, qui potest esse etiam Cardinalis, secundum eum. Moueor tamen ratione collatio beneficiorum non competit nisi illis qui hoc habent a iure, iuxta sjo. In. c. transmissam, extra de cle. & in. d. c. i. vel illis quibus papa specialiter facultate concessit: vt supra proxime ver. possent. Sed in vicario Cardinali neutrum istorum, concurret vt de se patet. Quod maxime procedit, quia si fecerimus generatim nra genum praedictum ordinariis locorum, quod non praesumitur esse de mente papae, per dictam Rotam in ant. dec. viii. Dominus papa. in vi. col. cum si. Ceterum si opponeres de facto narrato per Eg. in consi. xii. in causa pendente, in prin. vbi Cardinalis Pictauiensis constitutus vicarius in partibus Germaniae contulit beneficia. Dico q fuit constitutus cum potestate legati de latere, vt vbi patet in facto: quo casu potest conferre & reseruare vt supra in ver. Idem est dicendum.

Secunda questio principalis.

Legatus de latere hodie potest reseruare specialiter solum.



Secundo

Principaliter quero, an legatus possit generaliter & specialiter reseruare, prout potest Papa, et est dictum in parte praeced. in. ii. q. prin. Respondeo antequam emanasset restrictio. c. plenti. q. i. de offi. leg. in. vi. poterat legatus generaliter sibi reseruare omnia beneficia legationis suae, vt patet ibi in ver. restringere ac etiam ex facto quod fecerit ibi gl. de Cardinali. S. Mariae nouae, q. tam rem reseruacionem fecerat in prouinciam sibi commissam. Quod dedit causam q facultas legatorum fuerit in hoc restricta Et iste fuit. D. Petr. de Piperno, qui prout refert And. sic. in rub. extra de offi. leg. in. ii. col. consinit magis benefactori & tandem occisus a diabolo. Legatus igitur legatus hodie solum specialem reseruacionem facere, vt est dictum in d. si. secundum de dedicationem quae dedit supra in. xiii. plud. & illam quam dabo infra in. xii. q. iii. q. prin.

Tertia questio principalis.



Tertio

Beneficia quae non potest legatus reseruare. Principaliter quero, quae beneficia non veniunt in reseruacione legati, quando reseruauit sibi primum vacaturum. Respondeo illa quae dicitur non reseruare in reseruacione papali, quae dicitur in parte praeced. in. xiii. q. prin. per totum.

Trac. Reservation.

C Sed quæ beneficia non possent legatus nominatum & in specie referuare. Respondeo omnia illa quæ non possent conferre, iuxta ea quæ dixi supra in il. præclud. in prin. & sunt infrascripta alibi non reducta. Beneficia referuata Papæ secundum D. Casp. in isto tract. fol. xx. qui ponit unum verbum tantum. Et hoc intellige virtute legationis. Sed si alias haberet potestatem a papa, conferendi & referuandi, tunc dicitur, ut dixi in parte præced. in. iiii. q. prin. in. vi. effect. per totum. **C** Beneficia de mensa, quia talia non vacant, ut in cle. vnica. vers. quidam autem ecclesiis. de excess. præla. quod intelligo prout dixi in parte præced. iii. q. prin. ver. beneficia de mensa. **C** Beneficia patronata Laicorum, vel clericorum, ut laicorum secundum D. Abba. in. c. dilectus, ver. Et ex his habetur. extra de offi. leg. vel clericorum, & laicorum simul, secundum eundem ibi paulo inferius. & plenius per And. sic. in pen. col. & seq. & Villadiego in loco in seq. vers. allegando. viii. col. **C** Limita tribus modis. Primò in iure patronatus clericorum, vel clericorum, secundo, si tale ius esset acquisitum laicis per privilegium, consuetudine, aut prescriptione, excepto quod non sit ex privilegio apostolico. **C** Tertio quando laici de facto non presentant, super quibus vide remiss. quas dedi in parte præced. in. iiii. q. prin. in. xiiii. effect. quibus adde Casp. in isto tract. fol. xxi. vers. beneficium, quod spectat. & Villadiego in tract. de leg. in. ix. q. i. partis. vii. col. ver. adueniunt tamen. **C** Beneficia regalia per ea quæ not. per doct. in. c. ii. de præb. in. vi. de quibus dixi in parte præced. iii. q. in prin. ver. beneficia regalia, & quæ sint talia dicitur ibi. **C** Ecclesias cathedrales ut episcopatus vel regulares, ut Abbatis & prioratus siue sint collatiue siue electiue, ut in. c. de liberatione, iuncta glo. mag. ibi alias sequeretur, de offi. leg. in. vi. **C** Ecclesias collegiatas, ut sunt plebanie communiter, alibi sunt Archiepiscopatus, ut Bononiæ, alibi Archiepiscopatus, ut Aretini, de deliberatione, iuncta. d. glo. etiam si deserint esse collegiatae, secundum doct. ibi, quibus adde quæ dixi in. d. iii. q. prin. in. xxv. effect. **C** Dignitates maiores post pontificales in cathedra libus, ut ibidem est de cõsum. quando sunt electiue, secus si collectiue, secundum dictam glo. **C** credo verum etiam si deserint esse cathedrales, vide remissio. quæ dedi in præced. ver. Ratio autem quare ecclesias electiuas non conferret vel referuat legatus est, quia vnus facilius exorbitat, quàm multitudo, quæ habet eligere secundum Villadiego in tract. de leg. in. ix. q. i. partis. v. col. in fi. **C** Alia non occurrunt pro nunc quæ legatus non possit conferre, nisi prædicta, quæ etiam non potest referuare per id quod dixi in prin. huius q. **C** + Circa prædicta quero legatus referuat pro aliquo primatum præb. vacaturam in tali ecclesia an possit facere recipi illum in canonicum illius ecclesie priusquam præb. ita referuata vacet. Respondeo. quod aut talis receptio mandatur fieri in ecclesia vbi est certus numerus canonicorum iuramento firmatus, & tunc si in mandato receptiõis huiusmodi sit mentio de prædictis. i. de numero & iuramento debent canonici mandato obedire & recipere eundem in canonicum & in fratrem sine metu periculum. secundum Gem. & Phil. in. c. si super, de præb. in. v. qui referunt hoc voluisse Lay. & lo. de sign. & lo. de Ban. cum quibus cons. d. per. de Anch. ibid. idem firmat. **D**

Gasp. in isto tract. fol. xxi. ver. certus est. ¶ Si vero in mandato prædi-
cto non fiat mentio de numero & iuramento tunc non tenetur capi-
tulum obedire licet si recipere valeret receptio, sed illi de capitulo
erunt perituri, sed prædictos, & Spe. in. i. parte tit. ii. §. nunc trahe-
mus, ver. sed si legatus. Nec talis receptio vitabitur, ex eo quod sit facta a
perituri, ut leg. & not. de excommunicatis, in. c. pro illorum, in glo.
pe. extra de præb. vel melius dici potest quod non fuit facta a perituri
ante receptionem non incurrunt perituri, secundum. d. Abb. in. c.
dilecto, pen. col. in prin. extra eo. tit. de præb. ¶ Quando autem sta-
tutum de certo numero esset per sapientiam confirmatum tunc dicitur do.
præfati, quod legatus non posset mandare, sed si mandaret, & cap. recipere
ret an valeret receptio, ut de Philip. in. d. c. si cum quibus. col. ¶ Si au-
tem mandatum prædictum fieret cap. ecclesie in qua non est certus nu-
merus canonicorum dicti doct. tangunt sed non determinant. Ego cre-
derem indistincte, quod deberent parere & recipere, quia nullum obsta-
culum est quod impediatur nec numerus nec iuramentum, immo facilius
quis recipitur in tali ecclesia quam in numerata, secundum Guliel. de
mon. lau. in demen. ult. in. i. glo. in ver. si quæras, de præb. cum in ta-
li ecclesia sit in potestate legati, siue capituli creare canonicos de no-
uo, secundum Fed. de sen. in consi. cccxvii. legatus concessit, pen. col.
ver. sed contra facit, in fi. Et ex prædicta distans notabis quod reservatio
legati facta de prima præb. vacatura in tali ecclesia fortiter effectum,
etiam quod in ea non sit dare vacationem, ex eo quia illa ecclesia non sit
numerata quod in reservatione papali, non est dubium, ut dixi in parte
præc. ii. q. prin. xxxiii. effec. ¶ Sed nunquid Legatus auctoritate sue
legationis possit conferre canonicatum sub expectatione præb. d. Gas-
p. format istam. q. mixtam cum præced. in isto tract. fol. xxi. ver. Cer-
tus est numerus, & breviter se expediendo dicit quod sic: quia capitulum
hoc possit facere. Contrarium reperio tenuisse Guliel. de mon. lau. in
loco proximallegato. licet dicat quod alii ordinarii hoc possint. Teneo
op. D. Gasp. pro qua est text. nisi cavilletur in. c. hi qui de præb. in
vi. licet Gemi. & Phil. restringant, quod ille sicut receptus a capitulo au-
thoritate legati: quasi velint quod legatus hoc non possit, quod est viola-
re illum text. Et hanc opi. expresse sentit Phil. in. c. presenti, in prin. ver.
quid autem si legatus, de offi. leg. in. vi. ubi dum forinatur. q. præsup-
ponit posse legatum conferre canonicatum & reservare præbendam.
& idem ibi Anc. verfi. vii. Pro quo facit illa generalis ratio, quod omnia
potest legatus in sua provincia quæ possunt alii ordinarii ut dixi su-
pra in. i. prælu. Idem etiam præsupponit. D. Card. in consi. xviii. die-
bus elapsis, parum post prin. ver. A. obtinebat etiam. Et ego infra in
liii. q. vii. q. princ. Adde hic quod posui in alio exemplari.

¶ Tertia Quæstio principalis.

- 1 Ignorantes an ligentur reservatione legati de latere cum decreto & inhibitione.
- 2 Reservationes legatorum sunt odiosæ.
- 3 Clausula si sciet vel ignoraret non potest poni in reservationibus legatili.

Trac. Reservatio.

- 4 Collatio ordinarii post inhibitionem legati an valeat.
- 5 Inhibitio sola an sufficiat ad annullationem collationis.
- 6 Ordinarius si conferat non obstat inhibitione opus est declaratoria sententia ad annullandam eius collationem.
- 7 Reservatio papae posterior an praeferatur reservatio legati anteriori.
- 8 Reservatio legati an includat beneficia devoluta ad Papam.
- 9 Legatus de latere an possit conferre ecclesias cathedrales & maiores dignitates post pontificalem, si earum collatio per devolutionem pertinet ad papam.
- 10 Legatus an possit reservare beneficia quorum collatio est devoluta ad episcopum.
- 11 Legatus an possit reservare derogando iure optandi.
- 12 Legatus extra provinciam an possit reservare beneficia vacatura in provincia.
- 13 Episcopi qui sunt in curia quomodo solet conferre beneficia suae dioecesis extra eam vacantia.
- 14 Reservatio legati an probetur per literas eiusdem legati.
- 15 Legatus an possit eodem tempore facere plures reservationes.
- 16 Reservatio legati si concurrat cum collatione ordinarii quae praesumatur praesens.
- 17 Permutari potest beneficium reservatum per legatum.
- 18 Reservatio secunda legati an debeat facere mentionem de prima.
- 19 Litigante super prima reservatione facta per legatum an possit de novo reservare.



Quarto Principaliter quero, de effectibus reservationis legati de latere. Rū. q̄ ista materia est expediēda per aliquas quaestiones, ex quibus patrebunt plures effectus huius reservationis. ¶ Primo quaeritur, an reservatio legati facta cum inhibitione & decreto efficiat ignorantes. Ista est. q. rasta per omnes in. c. si apostolice sedis de praeb. in. vi. in qua doct. maxime antiqui fuerunt varii. Nā Compot. in. c. capitulum. pen. col. ver. Item quaeritur. ibi. Nec credo q̄ decretum, extra de rescrip. dixit, q̄ decretum legati cardinalis positum super vacaturo vel vacante nō impedit potestatem ordinarii ignorantis. Ratio est secundum eum, quia alius citra papam non potest contra vel supra ius, nam contra ius esse q̄ ignorans ligetur decreto. Eandem opi. dicit Gemil. in. d. c. si apostolice, tenuisse Pau. in. de. l. de cō. res. praeb. Sed Pau. in. lectione mea super ver. cōtingat attentari, refert tñ opi. & nulli eligi refert. Et Gemil. ibi nōnullos alios q̄ tenuerūt opi. Cōpost. ¶ Contrariū tenuit Inno. i. c. eū dilectus, extra de iurepa. q̄ nō si bene inspicatur super ver. Inhibens non firmat pedes. Et alii plures opin. adducit Gemil. in praedicto loco, quorum opinionem reputat ipse veriozem, pro qua dicit esse casum in. d. c. cum dilectus, ibi. Et si archidi. iconus & c. vbi papa responde. idō considerat, q̄ fuerat dispositum de illa ecclesia post reservationem legati. firmiter historiam optul concordat Lap. alleg. xlii. conclud. i. in ver. tertia, vbi refert Innocent. i. c. si Paul. in. d. de. l. Et sic pro utraq̄ opi. allegatur Pau. sed prout dixi sub illi eligi. ¶ Repet. q̄. D. Card. de. praedicta in prin. in. vili. nō

dicit q̄ communiter tenetur in. d. c. si apostolica, q̄ decretum lega-
 ti afficit ignorantibus, cuius ratio est secundum eum, quia potest su-
 perior impedire iurisdictionem inferioris, unde si concurrunt præfer-
 tur superior, c. si a sede, de præben. in. vi. Subdit q̄. hodie ad tollen-
 dum omne dubium, ponunt legari clausulam decernentes &c. siue
 scienter, siue ignoranter, D. Casp. de Peru. in isto tract. fol. xxi. ver. an
 autem decretum, refert pauca ex prædictis, & nihil elligit. ¶ Mihi pla-
 cet opi. Compost. & sequacium quam firmat etiam Phil. post aliqua-
 lem disputationem in. d. c. si apostolica, qui dicit esse de iure verior-
 rem cum quibus concordat Petr. de Auth. in. c. si beneficia in. vii. no-
 ta. d. tit. & lib. & Gemi. sibi contrarius in. c. i. §. si. in. fi. de concess. præ-
 ben. eo. lib. quia non reperitur cautum in iure, q̄ legatus in suis refer-
 uationibus apponat scienter vel ignoranter, hinc est q̄ Spec. in forma
 reservationis quam ponit in. d. §. hunc trademus. ver. reservatio au-
 tem non ponit talia verba. Quibus adde Collect. in. c. dilecti in. fi.
 versi. sed nunquam illius, extra de præb. & ibidem. ii. col. v. si. Item
 & decretum. quia non reperitur cautum in iure, q̄ legatus in suis re-
 servationibus apponat scienter vel ignoranter. Hinc est q̄ Spec. in for-
 ma reservationis quam ponit in. d. §. nunc trademus, v. si. reserva-
 tio autem non ponit talia verba. ¶ + Suadet hoc, quia legato-
 rum reservationes sunt odiosæ, vt dicit glo. in. c. præfati, in glo.
 mag. de offi. leg. lib. vi. merito non taliter interpretantur, q̄ afficiat or-
 dinarios ignorantibus. ¶ Nec ob tex. in. d. c. cum dilectus, quem Ge-
 mi. allegat pro casu contrariæ opi. quia dico si q̄ iungatur respon-
 sio Papæ in qua præfatus doctor si funder cum facto narrato in
 princ. illius tex. ad q̄ Papa in dicta responsione vult se referre vide-
 bis ibi fuisse factum reservationem ordinario collatori d. Ar-
 chidiacono de quo ibi Nec obstratio. D. Cardi. q̄ superior possit im-
 pedire iurisdictionem inferioris, quia dico q̄ ignorans non dicitur
 impediri, vt in clem. v. n. ca. de reuocata. ¶ + Et quamuis ho-
 die, vt dicitur doct. & experientia docet, legari ponunt in reserva-
 tionibus scienter vel ignoranter, tamen hoc non nocet ordinario
 ignorante, quia de facto ponunt talem clausulam, quia ius non
 concedit talem facultatem ipsi, vt in sim. dictam infra in. l. iii. q. vii. q̄
 princ. Concludo ergo breuiter q̄ reservatio legatorum facta cum
 inhibitione & decreto non ligat ignorantibus nisi facti eis notificatio
 ne ex quo sequitur effectus quem ponam in. xiii. q. par. s. i. q̄ princ.
 Erant pauci reperti postea qui uisum etiam Villadiego in suo tract.
 de iura. in. §. q̄ partis in. xxi. solum. v. si. Sed quæro an decretum
 &c. qui per plura reger. opi. Compost. si vero sciunt hoc ex alia via
 quæ ex notificatione eis facta in isto casu ligentur, Gemi. in. d. c. si apo-
 stolice, pen. col. ver. ex his omnibus, in prin. d. cit. q̄ sic, subde. i. q̄ est
 communis opi. Idem ibi Phil. Quibus hoc afferentibus, licet sit
 credendum, propter eorum excellentiam, vt dicit nouissimi Papien-
 idest Lancell. Decius in. l. i. in. vi. verbis. ff. de leg. i. nihilominus repu-
 to dubitabile, quia talis notitia dependat per ministros ad hoc depu-
 tatos de quo, vt de multis similia adducta p. mod. Bouon. i. h. si quis
 q. xlii. col. & seq. ff. de quib. i. q. uis add. de Rep. i. no. d. in. l. i. ca. &c.

Tract. Reservatio[n]i.

- 4 **C**+Secundo quæro, an collatio facta per ordinarium post inhibiti-
nem legati, teneat. Spec. q. non in. d. §. nunc tractemus, vers. ult. quem
ad hoc alleg. D. Gasp. in isto tract. fol. xxi. vers. sed pone. Sed si vide-
bis Spec. ibi non dicit post inhibitionem, sed post reservationem, Il-
cet paulo inferius dicit post inhibitionem, Idem vult glo. magna in
c. si soli. in. ii. col. vers. si vero vnus expectat, de concess. præb. in. vi. Ra-
tio est, quia respectu inferiorum reservatio legati afficit beneficii re-
servatum vt dixi supra in ult. prælu. huius partis. **C**+Tertio quæro, si
5 sola inhibitiō sufficiat ad annullationē collationis factæ cōtra ipsam,
vt dixi in. q. præced. ad quod ponitur in reservatione clausula de cre-
ti, vt patet in eius forma quam ponit Spe. in loco ad quem remissi in
l. q. huius. q. princ. ver. Mihi placet. D. Gasp. in loco præalleg. tãgit li-
citer istam quæstionem & breuiter. Cuius verba declaro apertus,
q̄ ipse dicit. Quando est sola inhibitiō, & ordinarius contraueniat
requiritur declaratoria q̄ factum ordinarij non valuerit, pro hoc gl.
in ver. prouisionem, in. c. si eo tempore, de elect. in. vi. Sed quando est
positum decretum non requiritur declaratoria per. c. i. de honi. eo.
lib. quia tunc legatus declarauit esse nullum. Ita dicit præfatus doc.
6 licet non ita clare **C**+Sed aduerte, quia licet non requiratur declara-
tio super nullitate collationis tamen requiritur, q̄ declaretur ordina-
rium venisse cōtra inhibitionem & decretum, vt colligitur ex dictis
Gemi. in. d. c. i. de hōm. pen. col. ver. Q uæro quare, & Anch. i. d. i. l. i.
no. & Philip. in. vlt. not. **C**+Quarto quæro an reservarius legati p̄-
7 feratur illi pro quo postea papa rescripsit in eadem ecclesia. d. Gasp. in
loco præalleg. dicit q̄ non, quia si papa priuilegiauerit legatum intelli-
gitur contra alios non contra se, vt in. c. dudum, de præb. in. vi. p̄
quod vide pulchra verba Petr. de Anch. in. c. hi qui, i. l. i. not. de præb. eo.
lib. per quem tex. est hodie decisa ista. q. quæ fuit Spec. in. d. §. nunc
trademus, vers. de illo etiam. **C**Quinto quæro capitulum siue epi-
scopus creauerunt aliquem in canonicum sub expectatione præb. in vna
ecclesia in qua postea legatus reseruauit primam præb. vatararam q̄s
8 præferatur in dicta præb. an primo receptus a capitulo vel episcopo
an reservarius legati. Istam. q. mouet glo. magna in. c. si soli in. ii. col.
li. ver. si vero vnus de concess. præb. in. xxxi. quæ determinat reservati-
tium legati p̄ferendum per bonas rationes quas vide in ea. **C**+Sexto
quæro an in reservatione legati includatur beneficia deuoluta ad Pa-
pam nam talia reseruare non possent vt dixi in. li. præludio huius par-
tis istam. q. non reperio tãtam per aliquem tamen credo q̄ includi-
tur in tantum q̄ executor reservarij legati poterit sibi de tali prou-
dere sicut possent executor papæ iuxta not. in cl. pen. in gl. siue ad nos
de præb. conferunt dicende statim in. viii. q. maxime qa legatus pos-
set talia conferre vt in Spe. in. d. §. nunc trademus, in prin. & gl. in. c.
9 i. in si. de offi. leg. in. vi. cum sim. **C**+Septimo quæro legatus nō po-
teat se impedire in beneficiis expressis in. c. deliberatione, de offi. leg.
in. vi. prouideclarati supra in. iii. q. in. huius partis inyer. ecclesias
cathedrales, cum duobus seq. an si talia fuerint deuoluta possit lega-
tus se intrinsece adco vt non habeat locum prohibitiō. d. c. delibe-
ratione, dico sic. **C**Aut illorum prouiso deuoluitur ad inferiorem
a Papa

a papa vt in cathedralis in casu negligentia & non aliter, vt in. c. q̄q̄,
 de elect. in. vi. regulares autem & alia semper deuoluuntur pro prima
 vice ad inferiores vt ibi no. in. i. glo. licet de regularibus alias esset al-
 tercatio, vt refert Madagottus qui fuit vnus ex cōpillatoribus. vi. libel
 lo soleini electionum in. i. parte. c. ix. in fi. super ver. cathedralibus q̄
 hodie est sopita, vt ibi & isto casu omnes concludunt in. d. c. delibera-
 tione, q̄ legatus non possit si introumittere q̄ etiam firmat. D. Gasp. i
 d. tract. fol. xx. ver. dignitates ecclesiasticæ aut prædictorum collatio
 siue prouisiō deuoluitur ad papam ex negligentia aliorum ad quos
 etiam erant deuoluta, & isto casu doct. ibi sunt varii, nam Archi. &
 Io. An. dixerunt q̄ tunc non habet locum prohibitio illius rex. quos
 refert & sequitur ibi Anch. in. i. not. Lapus vero & Cem. tenent con-
 trarium quos sequitur ibi Phil. de perus. in ver. quid autem si benefi-
 cia. ¶ Sed est sciendum q̄ prædicta dubitatio est hodie sopita, quia
 tam cathedrales ecclesiæ, q̄ regulares & dignitates maiores post pon-
 tificalem in cathedralibus & prin. in collegiatis sunt reseruata ipsi pa-
 pæ, vt in. ii. &. iii. reg. cancel. per quas tam ordinariis q̄ legatis videt
 & est sublata facultas de talibus prouidendi iuxta latissime dicta in
 parte præcedenti. ¶ Potest tamen procedere quæstio. in regularibus
 non excedentibus valorem. cc. ducat. & in dignitatibus prædictis nō
 excedentibus valorem. x. duc. In quibus reseruatio per dictas regulas nō
 habet locum vt in eis dicitur. in qua concludo cum Io. an. Archi. &
 Anch. Tum propter auctoritatem Io. an. quæ quanta sit dixi in de.
 & si principalis. super. i. gl. de res. dum examino illam. q̄ subtilem an
 successori in vicariatu possit cognoscere de causa commissa priori vi-
 cario. item propter auctoritatem Archi. quem multum sublimauit
 glo. i. in prin. vi. lib. ac etiam Pet. de Anch. cuius auctoritas nō est le-
 uis. ¶ Pro ista opi. adduco hanc rationem. Nam licet alias quando
 aliquid prohibetur vna via ad id alia non debet admitti vt in reg.
 cum quid dereg. iur. in. vi. Tamen illud procedit quando in odium
 prohibitum ius resistit alias scus secundum Dy. ibi in fi. in solutio-
 ne contrariorum q̄ non est in casu isto. nam legatus non prohibetur
 talia conferre in odium sui sed in fauorem illorum ad quos spectant
 electio & collatio vt ibi dicit Phil. in ver. quid autem si beneficiam
 de non debet prohiberi alia via. i. deuolutionis de illis disponere cō-
 ferendo aut eligendo non autem reseruando per ea quæ dixi in. ii. p̄-
 ludio huius partis includeretur tamen in eius reseruacione vt dixi in
 præced. q. ¶ ¶ Octauo quæro ex negligentia inferiorum deuoluta est
 collatio certi beneficii ad episcopum, iuxta cle. pe. de præb. an tale be-
 neficium sic deuolutum possit legatus reseruare. Ista. q. est utilis & nō
 tacta per aliquem, & ex dictis Rot. in no. cccxiii. fuit dubitatu vtrū
 archiepiscopus videtur posse decidi q̄ non. Quia licet legatus con-
 currat cum ordinariis in collatione beneficiorum tamen illud est ve-
 rum quando conferunt iure proprio scus quando conferunt iure de-
 uoluto quia hoc nō reperitur iure cautum. Cum ergo talia non con-
 ferat ergo nō reseruatur dixi in. ii. p̄ludio huius partis. Allegat Rot.
 simile quia capitulum nō supplet negligentiam prælati in deuolutis
 secundum Inno. in. c. cum in iudis in glo. pe. in ver. & per cap. extra

Trac. Reseruation.

de elect. ¶ Magna est auctoritas Rot. prædictæ quam simpliciter requiritur Mil. in ver. legatus. §. ii. Tamen contrarium potest attentari quia expeditum est quod legatus concurrat cum omni ordinario suæ prouinciæ, adeo quod quicquid ipse potest etiam potest legatus ut refert. d. Abb. in. c. si. in. col. ver. ego pro hac opl. de confir. vii. vel iuu. & Idem Abb. & And. Sic. in. c. i. in not. de offi. leg. melius per Bal. in. l. si in aliquam. §. i. in ff. de offi. procons. & fuit dictum in. l. præli. hulus partis. Nec hunc casum quod non concurrat in deuolutis reperio exceptum. Præterea si executor papæ potest conferre deuoluta ad episcopum, ut in de. pe. & sibi not. de præb. ergo Idem in executoro legati cum legatus omnia possit in sua prouincia quæ potest papa nisi specialiter reperiat prohibita Spec. in. l. parte tit. ii. §. nunc ostendendum vtri. charta. ver. legatus igitur. ¶ Coadiuuatur quia legatus ad talia deuoluta non solum uenit concurrente ut dixi verum etiam superpleto uel negligentiam inferiorum negligentiam conferre secundum Ro. in consi. cccxl. in casu propositæ. ¶ Non obstat dictum sumo. quod sequitur ibi Composit. in ver. capitulum, & alii omnes ut latissime Lu. Fræ. pau. in tract. de pote. cap. se. vac. in. l. q. ii. partis, quia ex eo non inferitur, quod dicitur Rot. cum non uideatur bona consequentia capitulum non supplet negligentiam episcopi, ergo legatus non concurrat in deuolutis ad episcopum cum ipso episcopo, quia, ut est dictum, concurrat & supplet, uidelicet, in aliis præter expressa in. c. deliberatione de offic. leg. in. vi. dixi in. q. præced. & maxime, quia negligentiam non supplet inferiores sed superiores, ut patet in. c. nulla, de concess. præben.

11 ¶ Nonno quæro, an legatus possit sibi reseruare præbendam vacatam in qua alias haberet locum optio, iuxta. c. ult. de consuetu. libro vi. & derogare tali consuetudini de optando. Dico quod sic secundum Pet. de Perus. nec alibi legi in tract. permittit. in ult. q. ult. partis, uerbi dicitur autem superior. Coadiuuatur optima ratione nam consuetudo optandi quæ est quasi quædam præscriptio non tribuit ius nisi contra eum contra quem est inducta. i. contra capitulum vel episcopum non pro hoc habet locum contra papam vel legatum & quia ratio fuit. d. Ant. in sim. casu in. c. dilectus in. l. col. in. l. q. de offi. leg. & requiritur quod legatus deroget iuri optandi alias scus, quia reseruatione legati non adest, & etiam ut differat a papali.

12 ¶ Decimo quæro an legatus existens extra suam prouinciã possit reseruare beneficia vacatura in sua prouincia. Rñ. quod sic quia potest illa extra prouinciã existens conferre cum hoc sit uoluntariæ iurisd. ut dicit glo. quã omnes approbant in. c. nouit de offi. leg. cum qua concordat ibi in. l. in. fi. Idem dicit Phil. nõ allegãdo gl. p. di. in. l. c. in. l. col. in. fi. eo. tit. in. vi. ¶ Sed quod si legatus sit in curia an possit reseruare beneficia suæ prouinciæ suæ conferre. Dico quod sic, quia in conferre forte facti, prout communiter faciunt episcopi quod uadunt extra moenia urbis ad conferendum ad hoc, ut dicant esse in alia diocesi, & iste modus ponit in prac. cæcel. fol. lxxxiii. uerbi an eps vel si papa est extra curiã forte cã recreationis tunc ordinarius conferret in curia & in litteris dicit absente ab urbe. S. D. N. & c. & utrumque modum uidi seruari p. D. Auinion. ¶ Credo tñ, quod de iure possit legatus siue alias ordi. conferre beneficia in curia quæ uacauerint in sua Pro

uindicta vel diocœsi & ultra remissiones quas dat prac. cancel. ubi su-
 pra hoc ponit Inn.in.c.quia diuersitatem, ad h. extra de concess. p̄b.
 quæ sequitur. d. Præpos. in. c. qui in aliquo, ante si. li. dist. Tamen circa
 hoc multū me facit dubitare tex. in. l. i. in prin. ff. de offi. prorol. ubi
 proconsules statim egressi urbem habent iurisdictionem volūtariam
 q. d. q̄ dū sunt in vrbe etiam voluntariam iurisdictionem nō possit
 exercere quasi tota sit penes principem & sic conferre beneficia q̄ est
 voluntariæ iurisdictionis non possit legatus in curia & per cōsequēs
 nec reseruare, q̄ reliquo cogitandum, & vide Rot. in ant. d. lxxiii. q̄
 dam cardinalis, quæ est in antiq. iiii. de reuon. quæ in facto præsuppo-
 nit ordinarium posse conferre beneficia in curia. ¶ + Undecimo que-
 ro utrū reseruatō legati probet per literas suas in quibus narrat se ali-
 quod beneficiū reseruasse. Dico q̄ nō glo. in de vnica, in ver. reseruass-
 se & ibi Pau. de elcaza. super ver. sedis apostolicæ & p̄b. cū qbus trā-
 sunt ibi Imo. & Pet. de Anch. Requirunt erga literas cū suo sigillo in
 14 quibus ipse legatus reseruet tale bñficiū. ¶ + Duodecimo quarto an lega-
 tus in prouincia sibi decreta possit eodē tempore facere plures reserua-
 tiones aduerte quia nunc declarabo in duobus verbis. §. ceterum, in
 c. p̄senti, de offi. leg. in. vi. Dico sic, quot sunt collatores diuersarū ec-
 clesiarū tot beneficia p̄t reseruare, vt statim declarabo, & si essent plu-
 res q̄ possent cōferre bñficia vt capitulū reputo p̄ vno collator, vt est
 de morte glo. ibi sup ver. illius vnde legatus Bononicū, poterit eodē
 tempore reseruare vnū in cathedrall ecclesia. s. Petri cuius collatio spe-
 ciat ad ep̄m, secundū Ph̄i. in. c. quāuis, i. §. l. ii. col. ver. quando vero
 de præb. & vide sup hoc longā decis. Egi. lxxix. palatiū aliud in colle-
 gata ecclesia. s. Petronii cuius collatio spectat ad c. Ro. in no. d. lxxvii.
 de colla. p̄bē. Lap. alleg. xxxii. l. cōd. in p̄i. Fed. de Sen. egregie in cō-
 si. xxxiiii. querit ad quē licet Cem. aliud senserit in hoc in c. cū in ec-
 clesiis ad h. de p̄b. in. vi. & de istis duabus ecclesiis loquitur tex. in. d. §.
 ceterū, in p̄i. aliud in alia ecclesia in qua qs hēt collationē bñficio-
 rū dependentiū ab ea vt p̄t esse in ecclesia. s. Proculi, vel s. Michaelis
 in boscho, aut. s. Io. in morte, & de simili pone factum p̄ Ro. d. lxxxiii.
 No. ubi aliqs in aut. & in. c. mādātū, ver. ad bñficia, co. ti. & li. & ita
 intelligit ver. Nec ēt in. d. §. ceterū, sic de aliis collatoribus, q̄ in eccle-
 siis suis hāt ius cōferendi, & cum intentio. d. §. ceterū fit nō grauare
 eundē collatorē in diuersis reseruationibus simul poteit legatus nil
 de facere si mille collatores hēt in sua prouincia. ¶ Et aduerte, q̄a ideo
 in p̄i. dixi quot sunt collatores diuersarū ecclesiarū. q̄a si vna ecclesia
 legatus reseruauerit vnum bñficiū q̄ erat ad collationē ep̄i nō po-
 terit in eadē reseruare aliud q̄ sit ad collationē Archip̄byteri, secun-
 dum gl. in. d. §. ceterū, in ver. in eadē, cum qua cōcordat ibi Archi. &
 ceteri transunt, temerarium esset pp̄ istorum supremā auctoritatem
 velle aliud q̄ ipsi dicant nihilominus ipsi cōsiderat grauamen eccle-
 siæ, & mihi videt cōsiderari. esse grauamē collatorum q̄ grauatur &
 non ecclesiæ, & licet tex. & c. mādātum, de rēscrip. loquant de graua-
 mine ecclesiæ, tamen debet forte exponi. l. p̄sidentium in ecclesia, quā
 vere possunt grauari & non ecclesia quæ est quid inanimatum, vnde
 dico q̄ possent attentari, q̄ quando legatus reseruat vnum beneficiū
 in vna ecclesia q̄ sit ad collationem ep̄isopi possit etiam reseruare o-

Tract. Reservatiōn.

- aliud in eadem ecclesia ad collationem alterius cum iste aliter per priam reservationem non sit grauatus, & istud dictum sine dubio est verum in aliis ecclesiis non collegiatis vel non cathedralibus quādo diuersi collatores conferent beneficia in eis existentia puta capellanas & similia, vt dicit Philip. in. d. §. ceterum in. li. not. & Villadiego in tract. de lega. in. ix. q. i. partis in. xiiii. col. ver. pro declaratione tamen idem forte in prædictis, vt dixi super quo cogitabis. ¶ + Decimo tertio quæro si eadem die legatus reseruet certum beneficium quā illud idem ordinarius confert quid præsumetur præcessisse. Rñ. ¶ Gemí. format hanc. q. de papa simul & legato tamen non determinat nisi in Papa in. c. si a sede. li. col. ver. quid si Papa vel Legatus, de præb. in. vi. de qua dixi in parte præced. liii. q. prin. in. xxxiii. effectu credo profusum per ordinarium debere obtinere nisi per reservatiū legati probetur fuisse illa die inhibitum ipsi ordinario ne conferret arg. glo. in de. vit. in versu. creatū, in si. de rescri. ¶ expresse tenuit Col. lct. in. c. post electionem, ver. si Papa vel Legatus, de concess. præb. fo. la. n. reservatio etiam quid cum decreto irritantur non sufficit secundum magis veram opi. quam recitavi in. l. q. præsentis. q. prin.
- 17 ¶ + Decimo quarto quæro an beneficium reservatum per Legatum possit permutari dicas ¶ sic, glo. in ver. auctoritate, in. c. vni. co. de re. permu. li. vi. Nec ex hoc fraudatur reservatiuus cui nullum ius potest sibi acquiri vt est dictum supra in ultimo præludio huius partis.
- 18 ¶ + Decimo quinto quæro, an in secunda reservatio quam facit legatus debeat facere mentionem de prima. D. Gasp. in isto tra. fol. xx. ver. Item pendente dicit ¶ sic Idem Anch. in. c. præsentis. §. i. ver. quærit glo. & ibi Phil. li. col. de offi. leg. in. vi. & Villadiego in tract. de leg. in. ix. q. i. partis in. xii. col. ver. ex quo inferitur & col. xxv. ver. qui tñ
- 19 si finita. ¶ + Decimo sexto quæro an si super prima reservatione quā fecit legatus pendeat lis possit facere aliam, doc. tenent ¶ non in. c. præsentis, de offi. leg. in. vi. quos sequit Villadiego vbi supra in. xvii. col. ver. & quia. ¶ Decimo septimo quæro vt in alio exemplari. Et est sciendum ¶ q̄ plures effectus enumerari in parte præced. in reservatione papali conueniunt etiam reservationi legati, prout sunt decimus cum seq. xiii. & xviii. cum seq. xxiii. cum seq. xxxi. & xxxii. li. & xxxvii. cum seq. & xlv. & xlvii. & si in aliquo prædictorum dicit de pluribus beneficiis ponatur exemplum de vno quia plura non potest legatus reservare nisi prout dixi supra in. xi. q. Item si in aliquo dicatur de principali aut maiori dignitate ponatur exemplum in inferioribus beneficiis, quia tales legatus non confert aut reseruat vt dixi supra in ista parte in. lii. q. prin. ver. ecclesias cathedrales, cum duobus seq. ¶ De primo aut effectu reservationis papalis, an conueniat huic reservationi dictū est in. l. q. hulus. q. prin. de quinto, est dictum in. ix. q. eiusdem de. xlii. est dictum in. lii. q. prin. hulus partis ver. beneficia patronata. De xxxiii. est dictum in. xiii. q. præsentis. q. prin. ¶ Quidam alii non conueniunt reservationi legati. Et si qui sunt q̄ conueniant non habent locum in ea propter eius debilitatem.

¶ Quidam

Quinta quaestio principalis.

- 1 Legatus si moriatur vel reuocetur, an expiret reseruatō per ipsum facta.
- 2 Reseruatō legati an duret finita legatione.
- 3 Legatus si reseruet papae, an ipso legato mortuo vel reuocato duret reseruatō.
- 4 Reseruatō primae praeb. pro eo quia a legato fuerat creatus canonicus an expiret mortuo vel reuocato dicto legato.
- 5 Legatus si conferat Titio beneficium alias per ipsum reseruatū in fauorem N. & executores per ipsum deputati primo contulerint dicto N. quis praefertur.
- 6 Mortuo legato vel reuocato executores per ipsum deputati in reseruatione facta in fauorem certae personae poterunt illum reseruatū inducere in possessionem si eo uiuo contulerant.
- 7 Reseruatō legati expirat per collationem papae subsequen. nulla de tali reseruatione mentione habita.



Quinto Principaliter quaero, quomodo extinguatur reseruatō legati. Istum articulum expediam per infra scriptas quaestiones. ¶ Primo quaero: utrum morte vel reuocatione legati extinguatur reseruatō per ipsum facta, ista est. q. Spe. in. i. parte ti. li. 5. nunc tractemus ver. Sed ecce legatus, qui primo distinguit, an legatus moriatur, aut reuocetur re integra, aut re non integra vt primo casu expiret reseruatō, secundo non. Dicit postea q̄ pro maiori parte curiales tenent & dicunt fuisse saepe declaratum, q̄ exiunte legato legationem omnes processus per ipsum vel executores facti ipso facto expirant. Et ista opi. est hodie approbata per. c. praesenti in prin. de offi. leg. in. vi. Ratio est quia reseruatō legati est personalis & cum persona exinguitur. v. de Dy. in. c. i. in fi. de rez. iur. ¶ Secundo quaero, an beneficia reseruatā per legatum finita legatione remaneant reseruatā saltem respectu papae, vel successoris in legatione. Dico q̄ cum talis reseruatō fuerit vt est dictum personalis, non remanent talia beneficia affecta, sed eorum collatio reuertitur ad ordinarium vt tandem concludit Spe. in. d. ver. sed ecce legatus, cū quo transiunt doct. in. d. c. praesenti, in prin. vbi Philipp. in. lii. no. post Anch. vel circa istam ex quo limitabilis extrauagantem ad Ro. pontificis. Pāu. li. in ti. de praeb. non habere locum nec loqui in reseruationibus inferiorū a Papa. ¶ Tertio quaero, quid si legatus reseruasset beneficium collationi papae an ipso legato mortuo aut reuocato remaneat tale beneficium reseruatū ipsi papae. Spe. in. d. ver. sed ecce in fi. tenuit indubitate, q̄ sic, adeo q̄ ordinarius non potest se de tali impedire. Quod dictū Io. An. ibi non putat indistincte verum. vnde dicit q̄ si reseruauit legatus virtutē suae legationis licet dixerit se reseruare papae hoc nō obstabit quin ipso mortuo aut reuocato reuertatur ad ordinarium. Si vero reseruasset ex facultate ad hoc sibi a Papa concessa tunc verū est q̄ dicit Spe. quod apertius ponit in verbi sequen. quid si legatus.

Trac. Reservatio[n].

4 ¶ Quarto quæro quid si legatus contulit allicui canonicatum sub ex-
 pectatione præb. datis certis executoribus, vt præmissum illam vacare
 contingeret conferant &c. Nunquid mortuo vel reuocato legato ex-
 paret reservatio dictæ præb. ista fuit, q. Lapi prout refertur a doct. in
 d. c. præsent. in prin. in qua ipse conduxit q. reservatio non expirat &
 Philip. de Peru. inferen. Ibi dicta sua variat, quia primo dicit Lap. vel
 le potestatem, executoris non expirare adeo q. præbendam postea va-
 cantem poterit conferre, postea subdit q. talis præbenda non debet
 conferri per executores sed per alium ad quem spectat. Per. de Anch.
 ibidem in fi. referendo dicta Lapi dicit q. Lap. licet voluerit reserva-
 tionem non expirare, tamen dubitando loquitur de potestate execu-
 toris ipse tamen tenet simpliciter, q. duret etiam potestas executoris
 si reservatio durat & sic loquitur dubitatie an reservatio præbendæ
 duret in casu præmissio post finitam legationem, & hanc opi. quã di-
 cunt doct. tenuisse Lap. in. d. c. præsent. tenuit etiam in alleg. xvii. an
 datio in prin. Phil. vero adhærens opi. Io. de Fantu. & Geml. tenet q.
 tam reservatio q. datio executoris expiret per tex. in. d. c. præsent. &
 pro tali opinione dicit esse casum in. c. fi. de concess. præb. lib. vi. vbi
 reuocatoria papæ annullat etiam gratias prædecessoris sui, in quibus
 erat collatus canonicatus sub expectatione præbendæ, ergo fortius in
 legato. ¶ Sed est advertendum quia tex. in. d. c. fi. non bene hoc pro-
 bat, quia ibi ideo reuocatur collatio canonicatus, quia hoc in reuoca-
 toria expresserat Bonifacius, vt patet in princl. illius tex. Villadiego
 autem in tract. de leg. in. ix. q. i. partis col. xxiii. ver. sed an si conferat
 tenuit reservacionem expirare. ¶ Nō potest negari quin passus sit du-
 bious, Arbitror tamen ita posse concludi q. in terminis questionis præ-
 positæ verior sit opinio tenentium q. morte vel reuocatione legati
 expiret reservatio præb. Immo dicere aliud reputo magnam sim-
 plicitatem q. ostendo euidenter. Nam tex. in. d. c. præsent. in prin. re-
 quirir pro validitate reservacionis legati beneficium reservatum iam
 vacans esse collatum, sed in casu præmissio non fuit deuentum ad col-
 lationem allicuius beneficii vacantis. Nam licet sic collatum canoni-
 catus non dicitur collatum beneficium per multa quæ solennissime
 ponit Rot. in no. ccccxlvi. si legatus in primis argumentis quæ sunt in
 hoc veriora, sed posito q. quo ad quid dicitur collatum beneficium
 per ea quæ ponuntur ibidem in secundis argumentis. Quibus ad do-
 Colled. in. c. li. ver. quid si papa reservauit, extra de concess. præb. ta-
 men non est satisfactum dispositioni. d. c. præsent. quæ est vt benefi-
 cium reservatum iam vacans sit collatum, q. non fuit factum in casu
 questionis nostræ, quia ille canonicatus qui fuit collatus non fuerat
 reservatus, nec dicebat vacare ex persona allicuius, Immo dicit quod-
 dam ius de nouo creatum, secundum omnes in. c. cum M. de consti.
 ¶ Sed huc dicto ob. fortiter Rota in no. cclxxxv. si episcopus quæ in
 Individuo facti pro contraria opinione, & quæ multum turbavit me
 in isto casu. Nam ibi dicit, q. si episcopus ex facultate sibi concessa a
 papa contulerit vni canonicatum & reservauerit primam præb. vacan-
 turam & ante huiusmodi vacationem ipse novatur poterit nihilo-
 minus reservatiuus acceptare illam postea vacantem quia gratia iam

erat facta, ¶ Ad etiam istam decisionem cogitauit ita posse dici quia dispar est natura difficultatis concessa legato & facultatis concessa Episcopo posse reseruare beneficia suae Diocesis. Nam illa legati est odiosa, ut dicitur glo. in d. c. praesent. in fi. prin. & dixi in parte praeced. in il. praesud. in fi. illa vero concessa Episcopo de beneficiis suae Diocesis est fauorabilis, quia per eam Episcopus reducit ad ius suum, scilicet, conferendi beneficia ecclesiae suae, ut eleganter dicit Petrus de Ancho in consil. cxxxi. ad exclusionem d. Nicolai, circa princ. & talia non posset legatus conferre nec reseruare, ut dixi in il. praesud. huius partis, & ita proprie loquitur Rota praedicta. Non est ergo nitrum si plus durat reseruatio & plus afficit quia sic ex facultate papae, arg. c. hi qui, in fi. de praeb. lib. vi. ¶ Si vero in tali ecclesia ubi est certus canonicorum & praebendarum numerus legatus reseruauerit pro Titio primum canonicatum vacantem quem postea vacanti contulerit ipsi reseruatuo non facta mentione de praebenda, datis executoribus ut facerent tali responderi de fructibus &c. & legatus priusquam ipsi executores exequantur moriatur, aut reuocetur, non est extincta eorum potestas inimo poterunt talia facere per quae ipsi reseruatuo respondeatur de fructibus, & hoc quia est tanta connexitas hoc casu per canonicatum & praebendam ut vno collato, aliud veniat in consequentiam pro quo sunt notabilia dicta Gul. de monte lau. in clem. si iuxta in prin. de praeb. quae reassumpsit Rota in no. cccc. lx. Quae ratur. ii. col. & pro hoc est tex. in c. si is cui. §. non sic autem, de praeb. in. vi. & isto casu potest saluari opi. Lapi & Ancho. Si autem legatus aut executor contulerit praebendam reseruatam iam vacantem, & an tequam ipsi executores induxerint ipsum in possessionem praebendam, legatus moriatur aut reuocetur non est expirata siue extincta executorum potestas Lap. alleg. xvii. an datio, vers. an si papa vel a legato. ¶ In ecclesiis autem in quibus nulla est distinctio praebendarum forte idem est dicen. per ea quae dixi in. lli. q. princ. huius partis, vers. si. si autem mandatum cum sequen. ¶ Quod ubi uno legato reseruauit vnum beneficium pro tali datis certis executoribus, ut quae primum vacaret conferrent reseruatuo. Contingit quod vacante beneficio quod comprehendebatur in reseruatione legatus contulit alteri. Executores vero contulerunt ipsi reseruatuo. Quis istorum praesertatur docet. sunt varii in hoc. Nam Host. in c. cum dilectus, extra de iure patro. tenet quod legatus potuit alteri conferre, licet pro altero reseruauerit cum quo concordat sibi d. Abb. super glo. pen. idem tenet Ioan. An. in Spec. in i. parte titu. li. §. nunc tractemus, ver. sed si non potest, in add. incip. cum reseruans, & glo. in d. c. praesent. §. i. super ver. illa pendente, in princ. & Ioan. de Ligno. ut referunt Ancho. & Philip. in d. §. i. Ioan. an. consultus a Lupo in lita. q. respondit quod reseruatius praesertatur & sic quod non licuit legato variare. Item refert Phil. de Petri in d. §. i. & Cal. in consil. lli. An legatus, pen. col. d. c. pb. e.

Trac. Reseruation.

Lap.us vero vt referunt ibi doct. dixit q̄ reuocare potest legatus nūquam vacet, sed non postea licet Phil. aliter referat Lap. Cal. in. d. con. si in effectu distinxit q̄ in collatione quam facit legatus derogauit expressse reseruatione præcedenti præfertur collatiuus sed si non fecit de ea mentionem præfertur reseruatius, quia non præsumitur uelle cōtrauenire gratiæ quam fecit reseruatius unde præsumitur ex obliuione contulisse alteri. ¶ Phil. de Perus. in. d. §. j. post Pet. de Anch. & Gem. aliter locutus est in isto casu ponendo dictum cum certis limitatationibus. Ego uero dicerem sic aut legatus reseruauit certum & non inatum beneficium pro tali & tunc si illud idem postea uacans alteri q̄ reseruatius conferat placet mihi distinctio Cal. quam supra retuli. Limitando ultimum eius membrum duobus modis. Primo nisi parum ante factum collationem reseruaasset dictum beneficium, q̄ si de tali reseruatione non fecerit mentionem adhuc præfertur collationes quia præsumitur de sua reseruatione recenti fuisse recordatum legatum. Ita dicit Villadiego qui fuit vnus ex auditoribus pal. in trac. de lega. in. ix. q. j. partis. xxiii. col. ver. & hanc partem ego crederem, qui plenissime hunc casum examinat, quem refert, & sequitur Fely. i. c. cum olim. iii. col. ver. & adde extra de re iud. Secundo nisi legatus contulisset isti secundo ex facultate a Papa sibi concessa, quia isto casu uidetur facere auctoritate papæ Io. Cal. in. consi. viii. legatus vigore gratiæ, in tit. de præb. ¶ Aut legatus reseruauit primum uacaturum in fauorem talis, & tunc credo in distincte præferendum collatiuum & non reseruatium cui executores de eodem beneficio prouiderunt, nec per hoc puto gratiam reseruatium exiprasse si ostendet fuisse impeditum a legato vt in reseruatium papæ consuluit Gem. in. consi. ciij. pro responsione, in. i. dubio & si diceres q̄ legatus non potest conferre pendente reseruatione sicut non potest reseruare, vt refert Philipp. in. d. §. i. respondisset Io. and. Lapo q̄ apertius refert Cald. in. d. consi. lii. li. col. vel. lii. & d. Casp. in isto trac. fol. xx. ver. Item penden. q̄ uident firmare istud dictum. Dico q̄ hoc non reputo uerum scilicet q̄ pendente reseruatione non possit legatus conferre quia tex. in. d. §. i. prohibet fieri reseruationem altera pendente restringendo facultatem legati non autem loquitur in collatione in qua non reperitur restricta legatorum facultas. ¶ Sexto quæro legatus reseruauit datis certis executoribus qui beneficium postea uacans contulerunt reseruatius cōtingit legatum mori aut recedere priusq̄ ille reseruatius fuerit inductus in possessionem beneficii an sit extincta eorum potestas: dico q̄ non vt dixi supra proxime in. liii. q. in. fi. ver. si autem legatus, & sibi dictis adde quæ dixi in parte præce. in. liii. q. vii. q. princ.

7 ¶ Septimo quæro legatus reseruauit certum beneficium pro certa persona q̄ postmodum uacans papa contulit alteri nulla facta mentione reseruationis legati an reseruatius ipsius legati extinguatur. Credo q̄ sic, & uide quæ dixi in parte præce. in. liii. q. in. liii. esse, ver. si.

FINIS.

